



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

Liber CXCVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ,
LIBER CXCVIII.

URBAN. VIII. PONTIF. MAXIMUS
FERDIN. II. OCCID. IMP.



§. I.

Lipſienſis Proteſtantium Conventus.

*Rhevenh.
Annal. Fer-
dinand. II.
t. II. p. 1518.
Lotich. rer.
Germ. l. 34.
cap. 2.*

Prospere hucusque Gustavi Adolphi
Sueciæ Regis irruptio haud pa-
rum Protestantium animos accen-
derat, ut Lipsiensem Conventum ad
diem octavam Februarii indictum ma-
gno numero frequentarent. Conven-
rant præter Saxonem & Brandebur-
gum Electores Marchio Byruthinus,
Hassæ Landgravius, quinque Saxonie
Duces, Onolzbacensis & Badensis Mar-
chiones, Sultzbacensis, & Anhalti-
nus Principes. Insuper Circuli Sue-
vici, & Franconici Principes, Ordines,
ac decem civitates per suos Legatos
interfuere. Huic conventui die
dec

decima ejusdem Mensis datum est ini- Sæc. XVII.
 tium, atque in Ecclesia D. Thomæ Ma- A.C. 1631.

thias Hoe Lutheranus Præco sermo-
 nem habuit ex hisce Psalmi 83. ver-
 bis (*): *O Deus, ne agas silentium, ne
 surdum agas, neque quiescas, o Deus for-
 tis, nam ecce! inimici tui persstrepunt, &
 Osres tui extollunt caput.* Infalsa hu-
 jus Prædicantis declamatio tam Catho-
 licis, quam Protestantibus non paucis
 stomachum moverat; hi enim seditio-
 sum ejusmodi sermonem ad jactata pa-
 cis consilia minime aptatum carpebant,
 isti vero editis scriptis hunc vitiligato-
 rem, qui Divino Verbo abusus, ad-
 cruentas factiones classicum canere au-
 sus esset, abominabantur. Finito au-
 tem hoc sermone Saxoniz Elector de-
 fensionis suscipiendæ necessitatem ob-
 tendens, cunctos Protestantes hortaba-
 tur, ut copias & pecunias largiter hanc
 in rem conferrent. Toto capite an-
 nuere omnes, quamvis paulo ante,
 ut Cæsarem ad remittendas exaucto-
 randasque copias suas inducerent, ex-
 hausta

(*) Hic Psalmus in Vulgata est octogesi-
 mus secundus, cujus versus primus ita sonat,
*ne taceas, neque compefcaris Deus, quoniam
 ecce inimici tui somuerunt, & qui oderunt te,
 extulerunt caput.*

Hist. Eccles. Tom. LIX.

Bb

Sæc. XVII. hausta æraria, devastatasque Regiones suas obtendissent: Postea perceptis cunctorum querelis, propositisque remediis diu discussis die decima octava Martii Saxonizæ Elector ceterorum nomine Cæsari perscripsit, quod Protestantes Imperii Principes pro reparanda Nationis Germanicæ libertate, & tuerendis imperii legibus Lipsiæ congregati decreverint, penitus abolendum esse *restitutorium* edictum. necnon Palatinis fratribus, & viduæ, ac Megapolitanis Ducibus, aliisque Principibus Catholicis pristinam Religionem, libertatem, eisque ereptas ditaciones, ac honores esse restituendos, ac demum legiones, quæ recens a Cæsare conscribuntur, dimittendas (*). His aliisque ita expositis Elector palam profitebatur, quod si hisce malis remedium non opponeretur, tam ipse quam ceteri omnes legitimam se suaque defendendi rationem inire statuissent. Ad hæc literas respondit Cæsar, quod ceterorum Principum Catholicorum, eoque potissimum

(*) Scilicet, ut Protestantes suum exercitum, quem tum contra Cæsarem conscribere parabant, ex militibus Cæsareis exauctoratis eo magis augere valerent, Cæsar vero de Catholici necessariæ defensionis mediis delibetuerentur.

potissimum illorum interfit, mentem ^{Sæc. XVII.}
 desuper explorare decreverit. Verum ^{A. C. 1631.}
 Protestantes haud expectata Catholi-
 corum sententia Cæsari, necnon qua-
 tuor Catholicis Electoribus significa-
 runt, quod omnem vim a quocunque
 intentatam, militisque Cæsarei injurias
 propulsare, sibi que invicem auxilium,
 si quis eorum impeteretur, ferre sta-
 tuissent, ni Cæsar quantocius edictum
 aboleret, & oppressionibus finem po-
 neret: Promulgato hoc decreto pas-
 sim in omnibus Protestantium Provin-
 ciis classica pulsabantur, ac undique
 magno numero milites conscripti fue-
 re, facta tamen declaratione, quod re-
 verentiam Cæsari debitam omnino sal-
 vam esse velint: Ita blande lingua lam-
 bent, & dente cruento mordent. Sol-
 licitabat quoque Protestantes Lipsiæ
 congregatos Gustavus Adolphus Rex,
 ut foederi contra Cæsarem inito accede-
 rent, atque hostiles Suecorum impetus
 annona & pecuniis foverent. Saxo
 tamen apertam armorum societatem
 cum Sueco inire adhuc tergiversaba-
 tur, veritus, ne hic proprium potius
 negotium ageret.

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

§. II.

Theologorum consilium circa transgendi modum cum Protestantibus a Cæsare exquisitum.

*Annal. Ferd.
Khevenh.
t. I. p. 1483.*

Incassum Cæsar Principes Protestantes ac præcipue Saxonix Electorem tam literis quam Legatis ad eos missis ab armis, initoque fœdere dehortabatur, singulis demonstrans, quod edictum justissimis de causis fuisset promulgatum, Lipsiense autem fœdus omnibus Imperii legibus adversaretur. Deceverat insuper in Saxoniam Rudolphum Hegenmüllerum intimum Cæsaris Consiliarium, qui cum Saxone de Protestantium querelis pertractaret: Prevaluit tamen Cæsareæ ad pacem propositioni obfirmatum Austriacam Datum, Catholicosque opprimendi propositum: Spretis igitur monitis Ferdinandus iterato Electoribus, Ordinibus, urbibusque Imperialibus Aatholicis præcepit, ut Lipsiensi fœderi nuntium mitterent: Electores quoque ac Principes Catholicici conventu Dunchelspilæ habito Protestantes datis literis rogabant, ne novis turbis quæsitæ pacis consilia everterent, foresque in Imperii viscera Sueco Regi aperirent, sed potius in Francofordiensi Conventa

vel alibi cuncta, per quæ se contra pa- Sæc. XVII.
 cem Religiosam lædi arbitrarentur, A. C. 1631.
 per amicam compositionem remedium
 præstolaturi exponerent. Verum irriti
 erant horum conatus: Ex hac autem
 pertinacia Cæsar probe prospexerat,
 quod ejus animus ad pacem propen-
 sus nonnisi ad clandestinas factiones &
 consilia perperam verteretur, con-
 temptamque suam auctoritatem, po-
 tentiamque nonnisi ferro reparare, vel
 Religionis incolumitatem fatali indul-
 gentia redimere cogeretur, hinc pro
 ea, qua eminuit, conscientiæ suæ pu-
 ritate, priusquam circa reformationem
 cum Protestantibus transigeret, Theo-
 logis suis sequentes quæstiones deci-
 dendas proposuit. I. Utrum, si in
 proximo Mulhusano Conventu Prote-
 stantes executionem edicti restitutorii
 differri peterent, & Catholici ad de-
 clinandum Imperii, Religionisque ex-
 cidium eisdem cedendum esse arbitra-
 rentur, Cæsar salva conscientia annue-
 re posset? II. An rursus Imperator
 tolerare valeret, si Protestantes bona
 Ecclesiastica hucusque vi edicti recupe-
 rata rursus sibi reddi urgerent, & Ca-
 tholici (quod absit) annuerent. & III.
 Si Catholici consentirent, ut bona Ec-
 clesiastica a Saxone & Brandenburgico
 occupata, eisdem ad certum tempus
 Bb 3 con-

Sæc. XVII. concederentur, an Cæsar condescendere valeret. IV. Utrum ratum habere possit Imperator, si Catholici persuaderentur, ut Augustæ executio Edicti revocaretur? Postquam igitur Theologi hæc dubia serio ac diu discusserant, tandem deciderunt, quod Imperator ad evitandum majus malum, & forte extremam Religionis Catholicæ ruinam omnes hosce articulos permittere valeat.

§. III.

*Unio inter Lutheranos & Calvinistas
Præcones in Conventu Lipsiensi
incausum tentata.*

Gesser. Hist. Eccl. Calov. Hist. Syncret. l. I. c. 4. Vogel. Acta Coll. Lips. pag. 421. Eodem tempore, quo Lutherani Præcones in Conventu Lipsiensi ad nova bella contra Catholicos classicum canebant, cum Calvinianis, qui tum suos Principes comitabantur, sectæ unionem stabilire, acerrimasque lites hæctenus inter illos motas componere conati sunt: Aderant ex Saxonibus Præconibus Mathias Hoe, Polycarpus Leyserus, & Henricus Hoepfnerus. Ex Calvinistis Joannes Bergius, Joannes Crocius, & Theophilus Neuberger. Hi omnes uno ore declarabant, quod nequaquam supremæ Principum in sacra potestati nec aliis Theologis præjudicium

cium inferendi animo hoc colloquium Sæc. XVII.
 fusciperent, sed eo unice spectarent, A. C. 1631.
 ut compendiaria via exploraretur, primo,
 an & quatenus utraque pars in viginti octo
 Confessionis Augustanæ articulis consentiat:
 dein, anne sperandum, ut ulterioribus plu-
 rimum pacis amantium theologorum colloquiis,
 interveniente item Christianorum Principum
 & Statuum auctoritate, opera in eo collo-
 canda, ut arctior in posterum conjunctio san-
 ciatur: eoque pacto vera Dei Ecclesia au-
 geatur, & extendatur; Pontificiis vero
 spes, quam ex Evangeliorum dissidiis hactè-
 nus concepere, aliqua ex parte adimatur:
 interea antequam hæc eveniant omnia, quæ
 in hac collatione acta sunt, in eo statu e-
 runt, ac si nunquam acta fuissent: neutri-
 que parti licebit, hancce tractationem, ejus-
 que consignationem sine expresso alterius
 permisso in vulgus spargere: Theologi vero
 utrinque christiana charitate in posterum sese
 prosequantur, omnia bona fide & sine dolo.

Priusquam ad rei summam ventum
 esset, Saxonici Prædicantes declara-
 bant, se merito ambigere, an in tanta
 temporis angustia, a tam paucis homi-
 nibus aliquid operæ pretium effici
 valeat, cum quot capita, tot sensus
 sint, ac utriusque Ecclesiæ Theologo-
 rum libertati sentiendi ne minimum
 quidem obicem ponere fas sit: Nihilo-
 minus in ædibus Mathiæ Hoe die ter-
 tia

Sæc. XVII. A. C. 1631.

Vid. p. 353.

tia Martii convenientes Calvinistæ profitebantur, quod Augustanæ Confessionis Carolo V. exhibitæ, quandocunque peteretur, subscribere parati essent. editionem vero, quam Lutherani in colloquio Wormatiensi & Ratisbonensi cum Catholicis habito exhibuerunt, omnino rejicerent, ac Namburgici Conventus declarationi Ferdinando I. Cæsari desuper exhibitæ insisterent: Illi Saxonici, de Confessionis fuz immutatione convicti quidem, in medio relinquere, Lutheranorum tamen Procerum declarationem in Concordiæ libro expressam opposuerunt. Postea circa primum & secundum Confessionis articulum consensere, circa tertium vero articulum de Christo Domino fatebantur, quod verba hujus articuli aliter a Calvinistis, aliter a Saxonis hactenus non sine maximis altercationibus fuerint intellecta: tandem vero convenere, quod non nuda humanitas sit passiva, sed ipsemet Filius Dei Dominus Gloriæ totusque Christus in cælo & terra omni præsens (absque tamen localitate corporali) omnia regat, atque ad inferos descenderit. Circa ceteros confessionis articulos inter utriusque partis Theologos consensus habebatur: die autem decimo Martii acrior erat contentio de reali præsentia Christi in Eucharistia.

charistia; quamvis enim Calvinistæ ter-
 rena Elementa unacum Corpore & Sanguine Christi percipi admitterent, nihilominus, licet Lutherani eis complacendi studio concederent, utrumque spiritualiter per veram fidem manducari & bibi, hancque fruitionem spirituales ad salutarem S. Cænæ usum maxime necessarium esse, eam tamen perceptionem organo oris tam ab indignis quam dignis fieri, Calvinistæ constanter negarunt: cum ergo Lutherani eos ad suam sententiam pertrahere desperarent, *ad mutuam tolerantiam* descenderunt, eoquod alios, dummodo alii eos non damnent, nec opiniones suas necessarii instar articuli fidei obtrudere præsumant, damnare nollent, præcipue quia, dummodo in ceteris inter se conveniant, sat valide adhuc junctis viribus Papatum oppugnare valerent. Agebant insuper de decimo articulo circa Confessionem auricularem, quam illi *privatam* vocant (*), de qua Calvinistæ sentiebant, *eam, si sine abusu & tanquam res adiaphora adhibeatur, pro licita, Christiana, & pia ceremonia a se haberi, quæ in Ecclesia Dei cum fructu usur-*
 pari.

Bb 5

(*) Eandem Lennepenses auricularem confessionem *Dhrenbeicht* appellitarunt. Vid. *Relat. Pollmanni* claus. 6.

Sæc. XVII. pari, & ubi jam obtinet, sine scrupulo re-
 A. C. 1631. tineri possit. Pontificiam vero coactam con-
 fessionem non minus ac alios ingentes ibi
 abusus, ut impiam, & iniquam penitus
 rejiciendam esse.

In hoc vero hi Doctores Calviniani
 suam prodidere inscitiam; non enim
 apud Catholicos confessio hæc coacta
 est, nisi coactionem dicere velint, quod
 quis gravibus delictis onustus, ut S. Syna-
 xin digne recipiat, suæ conscientiae
 maculas eluere cogatur: cum autem
 non ex ipsa confessionis natura, sed quan-
 doque ex malitia &c. vel Confessarii
 vel pœnitentis abusus oriatur, aut et-
 tiam Calviniana confessio rejicienda e-
 rit, vel recipienda Catholica: Enim-
 vero ante aliquot annos in Suecia, Da-
 nia, Borussia, Germania superiore,
 Hollandia & Anglia ab A Catholicis pri-

Walach. dif- vata confessio fuit abrogata his ex cau-
 sid. Eccl. „sis, quod Prædicantes ad parandas con-
 Luth. p. 2. „fessiones congruo tempore destituerent
 p. 475. & „tur, ac non sine magno uxorum, &
 p. 5. p. 854. „liberorum damno mortem sibi accele-
 Acta Hist. „rarent, confitentes autem ab aliis,
 Eccl. tom. I. „qui priores confessionale intrare con-
 p. 166. part. „tendunt, hinc inde pellerentur, &
 4. & 5. „liunde vero privatæ confessiones velut
 Acta nova „Papatus reliquæ sint, cumque con-
 t. I. p. 349. „fessio sub re Divina plerumque fiat,
 „confitentes a S. Cæna impedirentur.

„& Confessarii ob frequentem pœ- Sæc. XVII.
 „nitentium numerum eos de eorum vita A. C. 1631.
 „& moribus sufficienter examinare haud
 „valerent, proin eos indigne absolve-
 „rent, arque ad cœnam admitterent,
 „adeoque unacum illis perirent: ac
 „denique pœnitentes per peccatorum
 „enumerationem & nummi confessio-
 „narii solutionem ab emendationis pro-
 „posito averterentur. „ Hi ergo erant
 abusus præcipui, ob quos confessio-
 nem privatam abrogandam censuerunt,
 & Thomasius, Hoburgus, Arnoldus,
 Fleischerus, Pertschius, Titius Dippe-
 lus & plures alii adversus eam accer-
 rime declamarunt: E contrario autem
 ob abrogatam hanc confessionem inter
 Lutheranos gravissimi oriebantur tu-
 multus, præcipue in Dania, Schaum-
 burgo, & Bergensi seu Montano Ducatu;
 hanc enim in Confessione Augustana,
 ejusque apologia, quæ sunt norma fi-
 dei Lutheranæ, fuisse stabilitam con-
 tendebant non pauci, aliunde vero Pa-
 stor internum ovium suarum statum (ut
 aiebant ipsi) absque hac privata con-
 fessione dignoscere non valeat, nec ad
 hoc autem generalis confessio suffi-
 ciat (*) aliunde etsi juxta Lutherum
 con-

(*) Wie mancher wird nicht bey der öffent-
 lichen

Sæc. XVII. confessio privata inter Adiophora fo-
 A. C. 1631. ret computanda, illius tamen usus sit

hodie dum necessarius, & du taxat in
 casu necessitatis omittendus, ob quam
*ipsemet Lutherus gravissimæ tentationis rem
 semel absque confessione ad S. Cœnam ac-
 cesserit.* Tandem hi Prædicantes die
 vigesima tertia Martii finem imposue-
 re suo colloquio, quod Calvinistæ e-
 didere primi in lucem, quamvis utrius-
 que conventam esset, ne pars altera
 sine alterius consensu id faceret. Hanc
 autem unionis negotiationem nec pos-
 sibilem fore censuit Lutheranus quidam
 Scriptor, eo quod *male consonent veritas
 & falsitas, lux & tenebræ*, nec etiam
 sinceram fuisse Calovius testatur, eo-
 quod eodem adhuc anno Joannes Ber-
 gius, qui ipse huic tractationi inter-
 fuit, tractatum ediderit (*), in quo
 Lutheranam doctrinam de Cœna accu-
 sabat, quod *tendat in contumeliam Christi*,
 pugnat

lichen und allgemeinen Beicht, ein unruhiges
 und bekümmertes Herz mit sich nehmen, weil
 er nun diese oder jene Sünde nicht befrat
 worden, welche er bey der Privatbeicht selber
 angeben, und darbey Trost, und Beruhigung
 finden kann. Ita Auctor Act. Hist. Eccl. Luth.
 nov. Tom. I. pag. 363.

(*) Illius titulus est. *Verba Christi sunt
 adhuc firma.*

pugnet contra plures articulos Christianæ Sæc. XVII.
 fidei, fundamentum sit Missæ Pontificiæ, A. C. 1631.
 & columna principalis totius Regni Anti-
 Christiani; quodque ad salutarem usum
 sanctæ Cœnæ non saltem non necessaria sit,
 sed etiam perniciosa.

Ceterum inter hosce Sectatores de
 concordia esse desperatum, expertus
 erat Joannes Duræus, qui per triginta Duræus.
 annos legationibus in Germaniam, Sue- propempti-
 ciam, Daniam & ad Helvetios defun- cum Irenic.
 ctus, hoc in opere oleum & operam Horn. Hist.
 perdidit, ac melius fecisset, si vel do- Eccl. p. 392.
 mi mansisset, vel cum Georgio Hornio
 Calvinista dixisset: Nos moderatos (Cal-
 vinistas) pro fratribus (non fidei sed
 amicitia vinculo) habemus, & habemur
 ab illis, ceteri valeant, abeant.

§. IV.

*Novum fœdus Gustaphi Adolphi Sue-
 ciæ Regis cum Galliarum Rege.*

Nondum ad Germaniæ, Cæsaris, Ca- Lotich. rer.
 tholicorumque excidium sufficere Germ. l. 36.
 videbatur, Gustavum Sueciæ Regem cap. 1.
 ex Septentrione evocasse, omnesque Annal. Boic.
 Protestantes Ordines novo fœdere con- Adlxr. l. c.
 spirasse; pernecessarium adhuc crede- pag. 136.
 batur, ut Ludovicus quoque Galliarum Khevenh.
 Rex saltem pecuniarum subsidiis cæpta Annal. Ferd.
 molimina secundaret. Morabatur ta- tom. 11.
 2007. p. 2065. &
 men

Sec. XVII. men adhuc apertam armorum societate

A. C. 1631. tem Religionis evertendæ formidat

hunc tamen scrupulum ex Regis animo evulsi Richelius Cardinalis, afferens, quod Ludovicus ardens conservandæ fidei Catholicæ studium Rupertensium Calvinistarum excidio jam testatam reddidisset, aliunde veniens præfens bellum non Religionem, sed duntaxat politicas rationes spectare. Præprimis igitur Franciæ Rex Hercoleum Baronem Charnassæum eo tempore, quo cum Cæsare pacis negotia vix non absolverat, Legatum unacum ingenti pecuniarum summa Brandenburgiam Brandeburgensis Marchiæ urbem decernebat, ut cum Gustavo Rege qui ibidem castra metabatur, quinqueennale fœdus pangeret, hacque ratione *communes utriusque Regis amici, nimirum Protestantes, Batavi, ceterique Cæsaris hostes defenderentur, oppressi Imperii Romani Ordines restituerentur.* Hanc in rem utrinque conventum, Franciæ Rex in suo Regno milites & nautas conscribi pateretur, atque ad Suecici belli expensas quotannis quingenta aureorum millia præter alia centum viginti Thalerorum millia mereretur: Cautum quoque erat, quod cum Duce Bavaro & fœderatis Catholicis in Imperio Romano amicitia, vel

saltem neutralitas servetur, dummodo Sæc. XVII.
 id vicissim hi præstiterint, A. C. 1631. sique Deo placuerit, Regi Sueciæ felices armorum successus concedere, hic in negotio Religionis non aliter se gerat in occupatis deditisque locis, quam secundum Imperii leges, atque exercitium Religionis Catholicæ Romanæ in locis, in quibus reperiatur, integrum remaneat: Verum qua ratione id ab exercitu, qui ad juvandos Protestantes ob restitutum Religionis Catholicæ usum querulos comparatus erat, sperari potuit? Hisce articulis die decima tertia Januarii firmatis Sueciæ Rex Benedictum Oxenstirnum ad Franciæ Regem ablegabat, qui etiam reliquis articulis feliciter conclusis, a Ludovico Rege Parisiis prorsus insolitis honoribus augebatur.

§. V.

*Cæsaris literæ ad Urbanum VIII.
 Papam circa hoc fœdus.*

Postquam Cæsar in Ratisbonensi tractatione a Gallicis Oratoribus sese deceptum compererat, Electores Catholicos, quid in hac rerum vicissitudine agendum, consultabat, hi vero die trigesima prima Septembris responderunt, quod Franciæ Rex fœdere cum Suecis inito primum Ratisbonensis pacis articu-

Khevenh. l. c.
 p. 2023.

Sæc. XVII. ticulum aperte quidem violarit, im-
 A. C. 1631. pendentis autem belli Suecici calamitas,
 exhausta Catholicorum Principum æraria, Turcicarum invasionum timor, novi in Imperio tumultus, ac validissimæ Gallici Regis vires armatam violati pacti ultionem dissuadeant: E contrario autem Leopoldus Austriæ Dux pariter a Cæsare consultus, Ferdinandum, ut adversus Gallos tanquam peccatorum foederisque violatores armatum mereret, incitabat. Nihilominus mitissimus Imperator consilium, quod Catholici Electores suggerebant, secutus die vigesima octava Octobris literis ad Urbanum VIII. quem Gallis oppido propensum noverat, sequentes dedit: *Nunc hic rerum, hic est status, de quo ad Sanctitatem Vestram non sine summo animi nostri dolore referre necesse habemus, undique in unum collecta vis, verbo quidem nos & partem fidelem imperii, revera autem per nostrum latus ipsam Reipublicæ Catholicæ summam petit, eique, quidquid pravus erroribus imbutum est, ultro affluit, & suas res eadem conjungit, & econtra nos ab illorum quorum interest, non modo necessariis, & in communi periculo debitis auxiliis destituimur, sed quod indignius est, ab ipsius Christianissimi nominis Rege tantum non ex castris hostium pecunia, ac nervo rerum*

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

rendarum suppeditato oppugnamur, minime mirandum sit, si magnis progressibus hostis in ipsius imperii interiora jam penetrarit, adeoque jam occupatis, vel vastatis insignibus aliquot Episcopatibus summæ rerum, totiusque Religionis una cum Republica amittendæ periculum intentet, quæ sane res, cum non magis ad nos & sacrum Imperium, quam alios omnes, quotquot Ecclesiam salvam, & incolumem volunt, ac vel maxime ad Sanctitatem vestram tanquam summam & universalem in terris ejusdem Episcopum pertinent. Idcirco jam, si unquam, a Principibus, ac Statibus Catholicis imperii, vel potius ab Ecclesia Germanica supplices manus sibi tendi, opemque & auxilium ejus implorari Sanctitas vestra existimare debet, cujus vice nos pro ea cura & sollicitudine, quam magnitudo periculi excigit, ab eadem Sanctitate Vestram iterum postulamus, in primis, ut Regem Christianissimum a sædere Suecico injusta causa, & consilio pernicioso contra pacta nuper Ratisbonæ inita contracto, ex tot concurrentium rationum causis non modo dehortari, iisque, quibus convenit, mediis revocare, sed eundem etiam, si qua fieri poterit, ad se nobiscum, pro Ecclesia contra inimicos ejus opponendum cohortari velit. Eam autem insuper de paterna cura, & providentia Sanctitatis Vestræ filialem fiduciam conceptam habemus, ut tanetsi re-

Sæc. XVII. A. C. 1631. cordemur, quibus ex causis nuper ad petitionem nostram cur minus de desideratis subsidiis nobis gratificari posset, excusari nihil minus tamen minime dubitamus, quæ ipsa etiam interim considerata communi periculi ratione, cum alibi nihil eorum quæ ad id arcendum pertinent, intermissum sit, idque præterea in tempore provisorio, ut quamprimum necessarii, ac profuturi aliquid subsidii ab eadem Sanctitate vestra tempestive submissum sentiamus, quæ res quantum vel apud nos ad fortiter resistendum, vel alios ad prompte succurrendum exemplo valitura sit, ipsamet Sanctitas vestra pro summa prudentia sua optime intelligit, plura super his rebus dissonantem Oratorem nostrum audiat, nobisque & Ecclesiæ, quam diutissime sit superflua.

Idem quoque S. R. J. Electores Catholicæ a summo Pontifice petebant, verum Sanctitatis suæ hortationes peritum apud Franciæ Regem profecerunt, qui etiam præfatos Electores ac præcipue Bavarum ad hoc fœdus vehementer sollicitabat.

§. VI.

Sueciæ Rex in Marchionatum Brandenburgensem irrumpens.

Chuver. epit. Hist. append. lib. 10. Sub idem ferme tempus Carolus I. Angliæ Rex per Legatum suum præcedit

derici Palatini Comitum restitutionem Sæc. XVII.
 urgebat; cum autem minus æquas pro- A. C. 1631.
 poneret conditiones, aliunde vero Gu-
 stavus Sueciæ Rex rem armis decidere *Pufendorf.*
 vellet, amica tractatio in irritum ceci- *Hist. de*
 dit: non enim Suecum hyemis asperi- *Sued. tom.2.*
 tas morabatur, quominus adolescente *pag.218.*
 Januario in Brandenburgicum Marchio-
 natum irruere tentaret. Itaque Gu-
 stavo Hornio ad expugnandam Land-
 spergam emisso, ipse cum exercitus sui
 robore Sedinum, indeque Megapolim
 contendit, die prima Februarii Neo-
 brandeburgo potitus: promotis postea
 castris Clempenaviam, & Loitsam de-
 ditione cepit, ac præfidiariis plerum-
 que audito Sueci Regis adventu diffu-
 gentibus, Treptoviam & Prentzlaviam
 occupavit. Demminum quoque omnis
 generis comteatu reque tormentaria
 munitissimum oppidum post trium die-
 rum expugnationem dederat Savellius
 Dux, cui Sueciæ Rex per ludibrium
 dixisse fertur, quod Cæsari suo dein-
 ceptus in Aula, non vero in castris de-
 serviret. Postmodum rapido victoria-
 rum cursu Gustavus Colbergam integro
 pene semestri cinctam famis violentia,
 Malchinum autem bellico astu subegit.
 Pulsis igitur ex Pomerania inferiore
 Cæsareis, Tillius, ut illata damna com-
 pensaret, collectis undique copiis Neo-
 bran-

Sæc. XVII. A. C. 1631. brandeburgum summa vi adorius, ex-
 pugnat, mænibusque solo æquatis
 ad Magdeburgi expugnationem arma
 convertit, interea vero Gustavus Frac-
 cofurtum ad Viadrum armorum in
 Landspergam vero deditioe in sum-
 redegit potestatem. Inde invitante
 fortunæ flatum secutus, Silesiam in-
 greditur, Grossâ aliisque urbibus ultra
 sese victori deditibus. Ut vero Magde-
 burgum obsidione, qua a Tillianis archi-
 premebatur, eo securius liberaret, Bran-
 deburgicum Electorem, ut Spandavianam
 arcem Suecis traderet, comminata Be-
 lini obsidione compulit, incastum tamen
 Joannem Georgium Saxoniae Ele-
 ctorem, ut suas illi vires jungeret, sol-
 licitabat, eo quod Elector adversus Cæ-
 sarem, a quo hucusque hostilia expect-
 tus non fuisset, Magdeburgensium pe-
 tulantiam armis asserere renueret, ne-
 cum Sueco tam arctum fœdus pangeret,
 vellet, quin non e re nata Cæsari re-
 conciliari posset.

§. VII.

*Magdeburgici Administratoris electi
 etum contra Cæsarem.*

Jäger. Hist. Vix Christianus Guilielmus Marchionis
 Eccl. 1. 10. Brandenburgicus, Magdeburgensis
 cap. 8. Administrator Sueciæ Regem in Ger-
 maniam

maniam erupturum compererat, cum Sæc. XVII.
 illico Stockholmium profectus, Regem A. C. 1631.
 ad vindicandas injurias sibi illatas sol-
 licitaret. Æquis auribus illius que-
 relas exceperat Rex, qui facta validæ
 opis spe, dataque pecunias mutuo ac-
 ciptendi facultate eidem suadebat, ut
 caute rem ageret, nec tanti momenti
 negotium præcipiti ausu everteret. Ve-
 rum hic omnis moræ impatiens, cum
 exiguo comitatu die vigesima septima
 Julii prioris anni Magdeburgum ignoto
 habitu ingressus est, ibidemque, per
 paucos dies moratus, conspirante Ma-
 gistratu cives ad pangendum cum Sueco
 fœdus induxit, omnesque præteusi sui
 Archiepiscopatus incolas ad arma con-
 citavit, promulgato hoc edicto: „Postea-
 „quam fama toti Imperio imo mundo
 „notissima perorebuit, Ordines, civi-
 „tatesque Evangelicorum, una cum
 „subditis, a Pontificiis pro insatiabilis
 „illorum tam in causa Religionis, quam
 „rerum sæcularium innovandarum cu-
 „piditate, sub omnis generis prætexti-
 „bus, modis hætenus inauditis, ener-
 „vari ac extenuari; adeo, ut neque
 „in ultimo constitutis, remedia, qui-
 „bus se, suosque erigere queant, per-
 „mittantur, & multo magis reforma-
 „tionis novissime intentatæ, rigor vires
 „acquirat, salutiferaque Evangelica
 „Reli-

Sæc. XVII. „Religio, & Augustana Confessio, una
 A. C. 1631. „cum doctrina & ceremoniis, parique
 „passu Germaniæ libertas, periclitetur. Eo in numero Evangelicorum,
 „ultimis sub persecutionibus generatium nos quoque tenemur. Neque
 „ambos illos, tum Magdeburgicum, quam Hallensem, Præsulatus, ab
 „que hujus conscientiæ vulnere, Pontificiis, sub jactura salutiferæ tam doctrinæ
 „trinæ quam libertatis, cedere suffinemus. Eo igitur factum, ut citius
 „omnem culpam, quoad ditiones, quoad subditos extrema fuerimus passi, omnique
 „humano auxilio exclusi, sic, ut nos, nostrosque tueri nullatenus licuerit,
 „quo nomine foris auxilia accersendi facultatem necessitas imposuit,
 „interea illa hostium in subditos nostros exerceri cæpit sævitia, ut partim
 „furor in facultates, ac bona, partim in familias, affines, & agnatos
 „despumarit, per id genus exactiones immanes, bonorumque subtractiones,
 „inprimis æternæ salutis periclitationem, nobis fere omnibus intentatam,
 „pro divini honoris vindicatione, Evangelicæ Religionis conservatione, subditorum
 „afflictorum liberatione, Germanicæ libertatis assertione, Regionum defensione,
 „pacisque dilectæ recuperatione, medios per hostes pernetra-

„netravimus, & hucusque pervenimus. Sæc. XVII.

„Eo sub instituto hoc ipsum propositum, A. C. 1631.

„cum Deo, & Gustavo Sueciæ Rege,

„auxiliis ut urgeamus, ac proveha-

„mus, quem in finem subditorum no-

„strorum, omnium, singulorumque o-

„pera, ac conjunctione, quam matur-

„rime expedienda, nobis est opus. „

„Proinde vigore principalis, & im-

„mediatæ nostræ potestatis, omnibus

„tam in genere, quam singulis in spe-

„cie, tam benignis, quam seriis verbis

„mandamus, injungimusque, ut pro

„eo amore ac studio, quo conscientiæ

„satisfacere, puram atque intemeratam,

„Evangelicam religionem conservare,

„salutem æternam operari, tyrannidis

„inauditum jugum excutere, almam

„pacem restaurare, feudorum, bono-

„rumque confiscationem amoliri, alias-

„que atque alias pœnas declinare, af-

„fecti sunt, illicit hoc agerent. Nimi-

„rum nostros id genus, Religionis, ac

„respectu patriæ hostes ejicerent,

„illis neque tributa, neque subsidia

„amplius erogarent, tecto non excipe-

„rent, sed datis e turribus signis, tan-

„quam ad classicum undequacunque

„concurrentes, id genus pestes impe-

„terent, ac persequerentur, quo fine

„tam equestres in equis armatos, quam

„subditos ceteros telis, sclopetisque in-

Sæc. XVII. „structos, hic intra Magdeburgum ad
 A. C. 1631. „esse jubemus, quo numero, delectu-
 „que habito, in hostes id genus certis
 „sub cohortibus, legionibusque edu-
 „cere liceat. Constituta in repugnan-
 „tes feudorum, aliorumque bonorum,
 „immunitatumque privationis pœna.
 „Ceterorum civium per oppida, quam
 „colonorum per pagos multitudo vi-
 „ritim excubaret in armis, ut interdum
 „nocturne in omnes belli occasiones
 „intenta, præsto sit, hostium consilia,
 „actionesque observet, omniaque fide-
 „liter per indices explorata, referat,
 „adeoque novos, novosque militum
 „manipulos cogat, atque huc ad nos
 „diligenter remittat. Quodsi (quod
 „abominandum) hostes hanc in patriam
 „forte moliantur reditum: eo eventu
 „quamprimum id nobis intimandum
 „erit, ut conjunctis animis, viribus-
 „que, in istos mascule eamus. Neque
 „enim dubitandum est, dum sic præ-
 „pura, evangelicaque doctrina, pro
 „libertate germanica, pro vestra libe-
 „ratione, pro dilectæ pacis reprodu-
 „ctione, nosmetipsos casibus, pericu-
 „lisque objicimus, Dei nobis auxilium
 „præsto affulsurum. Ut Sueciæ Regis
 „opis, opitulationisque in omnem e-
 „ventum simus securi; eam enim in
 „omnem fortunam hic nobis promittit
 „me

„manum subsidiariam, ut ad ultimam Sæc. XVII.
 „auxiliorum erogationem, summam- A.C. 1631.
 „que diligentiam nihil sit facturum re-
 „liqui. Divina ergo spe fulti, præsidio
 „Regio freti, certum evidentis libera-
 „tionis expectamus effectum. Hæc fa-
 „cientes, id, quod Deo, & conscien-
 „tiæ, verbo divino, Ecclesiæ Christia-
 „næ, nobisque, Magistratui vestro, af-
 „flictis denique proximis vestris, debe-
 „tis, præstabitis. „

Promulgato hoc edito Administra-
 tor Hallam urbem ingressus est, ar-
 cemque Mauritianam, quo Cæsarei sese
 receperant, obsidere statuit, mox tamen
 Magdeburgum repulsus: inde vero cre-
 bræ erant velitationes, Cæsareis tamen
 plerumque, quorum sicut causa, ita &
 fortuna æquior erat, prævalentibus.

§. VIII.

Continuata Magdeburgi obsidio.

Priori adhuc anno Henricus Papenhei-
 mus Comes Ratzenburgo, Neu-
 husio, Neo-Alvenslebia aliisque circa
 urbem locis feliciter expugnatis, nec
 non Francisco Carolo Lavenburgico
 Duce, qui pro Sueciæ Rege legiones
 contraxerat, capto, Magdeburgum e-
 minus obsidere cæperat: Paulopost Til-
 lius quoque die quinta Aprilis ex Me-
 gapo-

Lotich. rer.
Germ. l. 36.
cap. 5.
Brachel.
Hist. l. 4.
pag. 187.
Priorat.
Hist. di Ferd.
part. 1. l. 2.

Sæc. XVII. gapoli accurrens, primum clementia
A. C. 1631. cives ad Cæsaris obsequium reducere,
 demum eorum contumaciam vi fran-
 gere statuit. Præprimis igitur missis
 ad Pseudo-Administratorem literis eun-
 dem precibus ac minis ad saniora re-
 vocare nitebatur, nil tamen nisi arro-
 gans responsum ab eo tulit: Rursus per
 tibicinem Administratori, necnon Ma-
 gdeburgensibus civibus & Falchenber-
 gio Suecico Urbis Gubernatori facta
 veniæ spe deditionem incassum suade-
 bat. Indulgebat etiam, ut libere Le-
 gatos ad Saxonem & Brandenburgicum
 Electores urbesque Anseaticas mittere
 possent, super deditione acturos: cum
 autem in longiore tractatione pericu-
 lum, dolumque subesse intelligeret,
 ne quid forte ab eo desiderare posset,
 ipsemet ambos Electores rogabat, ut
 interveniente sua auctoritate obstinatos
 cives ad Cæsaris fidem obsequiumque
 inclinarent: Interim tertio humanissi-
 mis verbis Administratori, Magistratui
 & Falchenbergio nuntiari curabat,
 ut sese impendenti excidio tempestiva
 deditione eriperent: Attamen his om-
 nibus nequiquam mitigata est civium
 contumacia, quin continuis eruptioni-
 bus multa Cæsareis damna inferrent,
 ac Mantuana expugnatione celebrem
 Chiesam Equitem Tillii Tribunum cru-
 deliter

deliter interficerent: Postremo tandem Tillius Nuntium ad urbem ablegabat cum iisdem ferme mandatis: dederent urbem, dum gratiæ locus esset, si vero sua pertinacia excidium urbis accersere vellent, testari se per Deum immortalem omnesque posteros, immunem se fore a culpa eorum, quæ ipsis dira atque atrocita eventura prospiceret.

§. IX.

Magdeburgum a Tillio expugnatum, concrematumque.

Hunc nuntium cum cives in tertium usque diem detinerent, Tillius patientia in rabiem versa in urbem die decima Maji undique uno tempore impetum facere statuit, datoque signo prior Pappenheimius, superatis omnibus pene propugnaculis, ponteque rescisso obsessis ex urbe erumpendi copiam interclusit. Nihilominus aucto furore cives, nec innoxie, horrendam globorum & flammæ tempestatem ex belli tormentis in Tillii castra detonant, plebemque aliunde jam efferatam ex composito die decima quinta ejusdem Mensis Prædicantes Lutherani e pulpitis quisque suis vana proximi auxilii spe dementant, falsoque jactitant, se

vi-

Sæc. XVII.

A. C. 1631.

*Annal. Boic.**Adlgr.**part. 3. l. 16.*

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

vidisse Angelum urbis tutelarem mæ-
nia defendere, & circuire excubias:
Ergo præeuntibus hisce buccinatoribus
obfessi omnes in eorum verba jurant,
se vitam prius ferro, quam victas ma-
nus Cæsari duros: Falckenbergius
quoque Tillianis muro jam imminen-
tibus territos ac nutantes promissa Sue-
ciæ Regis ope, atque ostentato bellico
urbis apparatu tam valide erexerat, ut
non modo viri, sed & foeminæ pueri-
que jurarent, se potius velle, in urbis
cineribus mori, quam vitam fortunæ-
que suas, Cæsaris obsequio redimere.
Fertur quoque, a Senatu nonnullos
fuisse designatos, qui urbem, si ab hoste
superaretur, subjectis ignibus accen-
derent, ne Cæsarei præda potirentur,
vel Urbs cladi suæ superesset. Interea
Tillius, cum Sueciæ Regem biduo post
adfuturum compererat, misso rursus
Tubicine obfessis pollicebatur, si Ad-
ministratorem & Prædicantes trade-
rent, triginta Sacerdotes Catholicos
reciperent, ac nonnisi centum Thale-
rorum millia penderent, veniam de-
lictorum fore: Hæ vero leges cum
Falckenbergius rejiceret, Tillius datis
in thesseram Sacratissimis Jesu & Ma-
riæ nominibus urbem die vigesima Maji
toto impetu invadere jubet: Pappen-
heimius igitur cum suis apud Neosta-
dium

dium, disiectis præfidiariis vallum ag- Sec. XVII.
 greditur, provolat illico cum valido A. C. 1631.
 militum civiumque agmine Falcken-
 bergius: committitur utrinque atrox
 pugna, nec Cæsarei diu obsessorum su-
 stinuisent impetum, nisi Falckenber-
 gius glande trajectus occubisset. Tum
 vero civium languescere impetus, tanto
 alacrius autem Cæsarei, ductore Hol-
 fatiæ Duce, in Crækenum propugna-
 culum repulso prætorio Administrato-
 ris milite irrumpunt, ac succedenti-
 bus aliis quatuor legionibus, quicquid
 munitionum supererat, victores occu-
 pant, non sine maxima obsessorum
 strage. Postremus denique Wolfgan-
 gus Comes Mansfeldius unacum Rai-
 mundo de Montecuculis post acre cer-
 tamen perruptis undique portis Tillia-
 no militi liberum in urbem aditum a-
 peruit: mox vero Tillins ipse, cives
 militesque conglobatos, qui nondum
 victas dederant manus, immixtis copiis
 dissipari iussit: nihilominus in tanta
 ruentis civitatis consternatione civium
 nonnulli eo audaciæ devenerant, ut
 in suprema ædium enixi lapidum pro-
 cella progredientes victores impete-
 rent, ne inulti morerentur. Ea tum
 ferocia, ac fociorum, quorum mille
 septingentos Sueci Francofordiæ cru-
 deliter interfecerant, mortem ulciscendi
 libi-

Sæc. XVII. libidine incitati milites Tilliani, neque
 A. C. 1631. ætatis, nec sexus habita ratione ob-
vios quosque prima irrumpentium ra-
 bie trucidant. Imperabat quidem Til-
 lius, ut a devictorum cædibus & mu-
 lierum stupris abstinere: Verum man-
 dantis reverentia haud valuit quorum-
 dam compefcere furorem ac libidinem,
 præfertim ubi incendium, quod ab ipsis
 civibus excitatum fuisse, creditum
 est, intra viginti quatuor horarum spa-
 tium totam urbem tam amplam &
 magnificam delere cæperat, ignis vio-
 lentia omnem Tillii solertiam, & Cæ-
 sarei militis laborem in restingendis
 flammis impigre impensam eludente.
 Tum vero funestissima erat urbis facies:
 nihil non ferro, igni & militi licuit, ne
 dicam libuit, direptæ ædes, cæsi ci-
 ves, ac imbellis quoque & innocens
 turba miserando periit fato, quod re-
 bellio & sæva Patrum crudelitas in con-
 jugum & liberorum capita retudit, mi-
 serante ipso Victore, & calamitatibus
 hostium illacrimante. Ex civibus quam-
 plurimos, qui in secretis cubiculis metu
 ferri delitescebant, ignis furor absum-
 psit, prædamque opimam, quam victor
 miles avide sub cineribus inquisierat,
 subripuit. Periere ferro flammaque
 plusquam viginti quinque millia, non-
 nisi quadringenti iram victorum eva-
 denti-

dentibus, præter illos, qui ad Basili-
cam Beatæ Virginis, quam paulo ante
horrendis contumeliis affecerant, con-
fugientes, jussu Tillii servabantur. Ad-
ministrato vero tot malorum Auctor
plumbea glande secundum tibiam læsus
& capite faucibus in Papenheimii ten-
torium, indeque Wolmerstadium ca-
ptus abducebatur. Ceterum Tillius
sedato militum furore in eodem B. Vir-
ginis Templo, quod incendium evase-
rat, solemne sacrum haberi præcepit,
Deo victoriarum auctori grates repen-
surus, eo quod potenti brachio horum
civium pertinaciam fregisset, læsum-
que Nominis sui honorem vindicasset.

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

§. X.

Felices Sueciæ Regis progressus.

Tam inopina Magdeburgi clade Sue-
ciæ Rex vehementer perculsus, *Brachel. l. c.*
totam culpam in ipsos cives, nec non
Saxonem & Brandenburgicum Electores,
eo quod hi petita eidem subsidia con-
ferre cunctati essent, rejecit, nec non
Hassæ & Vinariz Ducibus sibi foedere
junctis, Brandenburgicum directis in Re-
giam tormentis adegit, ut Spanda-
vium toto belli tempore eidem relin-
queret, ac per totum Electoratum li-
beram commeandi facultatem conce-
deret.

Sæc. XVII. deret. His peractis Gustavus Sedinum
 A. C. 1631. profectus de Gripswaldia per Todum
 expugnata lætus nuntium excepit:
 paulopost septem Cæsareis legionibus
 Wolmerstadii & Grumbergæ cælis,
 Sueci Tangermundam & Havelbergam
 deditioe ceperunt; vicissim vero Cæ-
 sarei Corbum urbem nocturna irruptio-
 ne occuparunt.

§. XI.

*Germaniæ superioris Ordines ad re-
 nuntiandum fœderi Lipsiensi a
 Tilio compulsi.*

*Annal. Boic. Cum interea Sueciæ Rex ex Anglia
 Adlxr. part. Scotia, & Belgio subsidiariis co-
 3. l. 16. piis, necnon ex Francia pecuniis au-
 Calmet hist. geretur, imo ipsa etiam Sueciæ Regi-
 Eccl. & ci- na Sedino recentem militem adduce-
 vi. de Lor- ret, Cæsar Mantuano bello pene per-
 rain. tom. 3. acto, ex Italia suum exercitum, ducto-
 pag. 207. re Egone Comite Fürstenbergio in Ger-
 maniam revocavit, ut Protestantes, qui
 spretis monitis, minisque Lipsiensi fœ-
 deri institerant, ad obsequium reduce-
 ret. Postquam igitur Fürstenbergius
 cum copiis suis in Sueviam penetraverat,
 mox Memingenses, Campidunenses, &
 Ulmenses metu territi a præfato fœde-
 re recesserunt. Inde Fürstenbergius mo-
 vit in Wirtembergiam; compertum e-*

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

nim habebat, quod Julius Dux sexde-
 cim armatorum millia in foederatorum
 opem conscriptas teneret, qui tamen
 Minlinga a Cæsareis occupata, diffi-
 patisque, quæ obstiterant, geminis le-
 gionibus cum reliquo exercitu Tu-
 bingam aufugit, insequente autem
 Fürstenbergio, suam suorumque inco-
 lumitatem ultronea Lipsiensis foederis
 renuntiatione redemit. Supererat ad-
 huc Franconia, cujus Ordines Norim-
 bergæ congregati missis ad Fürstenber-
 gium Legatis pollicebantur, se Cæsa-
 reis mandatis morem gesturos esse:
 Mox etiam Senatus Norimbergensis de-
 clarabat, quod sicut Principum potissi-
 mi Lipsiæ congregati juxta Cæsaris man-
 datum die decima quarta Maji insinua-
 tum exauctoratis militibus a bellico
 apparatu destiterint, ita & Senatus
 milites suos dimittere, ac in Cæsaris
 obsequio inmote persistens, Lipsiensi
 defensionis societati nuntium mittere
 paratus esset. Re comperta Saxonix
 Elector Dresdæ comitia habuit, in qui-
 bus de conscribendo novo exercitu, e-
 jusque stipendiis, de Magdeburgico
 Archiepiscopatu, Francofordiensi col-
 loquio, aliisque ad bellum necessariis
 deliberari voluit: Inde factum, ut mox
 finitis hisce comitiis exercitus octode-
 cim millibus validus, cui Arnheimus
 præ-

Hist. Eccles. Tom. LIX.

Dd

præ-

Sæc. XVII. præeffet, conflueret: Nec segnius Cæ-
 A. C. 1631. far in omnibus suis ditionibus militum
 delectus habebat: Maximilianus quo-
 que Bavarizæ Elector, quamvis cum
 Francizæ Rege ad octennium pro sui
 Ducatus incolumitate foedus die octava
 Maji pepigisset, conventu tamen Din-
 ckenpikæ habito copiosum Equitatum
 peditatumque conscriperat. Pariter
 Carolus Lotharingizæ Dux cum qua-
 tuordecim peditum, ac quatuor Equi-
 tum millibus sese Catholicis partibus
 adungere parabat: Demum Dietrich-
 steinius Cardinalis aliquot Legiones ar-
 maverat. Postquam vero Galli in Lo-
 tharingiam irruerant, Carolus Mon-
 achium profectus, de belli ratione, suo-
 que in Lotharingiam reditu cum Ma-
 ximiliano Electore egit, suasque co-
 pias morbis ac funeribus plurimum im-
 minutas reduxit.

§. XII.

Tillii expeditio in Saxoniam.

Lotich. rer. Germ. l. 39. c. 5. & seqq. **N**ovis militum supplementis auctus
 Tillius, in Thuringiam movit, ali-
 sipatisque aliquot Landgravii legioni-
 bus Hassiam invadere statuit: comper-
 tis autem Suecizæ Regis progressibus
 arma in Suecos convertit, promotis-
 que Werbenum castris Tangermundam
 movit.

movit, ut Regem ad prælii necessita- Sæc. XVII.
 tem urgeret: Obliterat autem loci im- A. C. 1631.
 portunitas, quocirca die vigesima se-
 cunda Augusti Wolmerstadium rever-
 sus, defesso militi in agro Magdebur-
 gico respirandi spatium indulgit: interea
 vero Megapolitani Duces Suecico sub-
 sidio suffulti, præcipuas Ducatus ur-
 bes, ejectis Cæsareis recuperarunt,
 hos vero Duces postea ipsemet Gustavus
 Rex velut in triumphum solemnissima
 pompa in patriam reduxit. Tillius au-
 tem, cum Saxonix Electorem cum
 Gustavo Rege in belli societatem con-
 cessurum metueret, nomine Cæsaris
 Metternichium & Schönburgium ad
 eundem Merseburgi agentem ablega-
 bat, qui eidem persuadere niterentur,
 ut a conscribendo novo milite abstine-
 ret, collatisque in rem communem im-
 pensis suas copias contra Suecum Cæ-
 sareis jungeret, sociosque suos ab inito
 fœdere revocaret. Ast repulsam passus
 Tillius, inconsulto Maximiliano Ele-
 ctore Catholici fœderis Principe, mo-
 tis in Saxoniam castris Mersebur-
 gum, Zeizam, Naumburgum, Weif-
 senfeldam ipsamque Lipsiam aliasque
 urbes qua vi qua deditioe cepit. Id
 erat belli contra Saxonem inconsulte
 suscepti, & tantopere ab ipso Bavaro
 & Moguntino Electoribus improbatum.

Dd 2

initium.

Sæc. XVII. initium. Tum vero Saxonix Elector
 A. C. 1631. haud ultra cunctandum ratus, ad Re-
 gis Suecix societatem transit. Gusta-
 vus vero tertia post die occasionem
 hanc diu desideratam avide amplexa-
 tus, trajecto Albi flumine exercitum
 suum cum Saxonibus & Brandenburgicis
 conjunxit.

§. XIII.

Lipsiensis pugna Cæsareis infausa

Barre Hist. d'Alem. t. 9. pag. 611. Privat. Ab- regé de l'hist. l. 4. cap. 21. Positis igitur juxta Dibenam castris inter Suecix Regem & Electores de belli ratione deliberatur, ubi Saxoniae Elector reclamante licet Gustavo, decreta mox pugna Tillium e Saxonia expellendum pronuntiabat. Die igitur decima sexta Septembris ambo Principes instructa acie in Tillium movere, hic vero intra castra sat munita hostium incursus præstolari decreverat, suadente tamen Papenheimio aciem altero a castris Lipsiensibus lapide infruxit, suisque militibus denuo in belli thesseram sanctissima nomina Jesus & Mariæ dedit: Altera die hostis adventum denuntiant exploratores, quo comperto Tillius Papenheimio importunius petenti concessit, ut cum duobus suorum millibus exploratum excurreret, ea tamen cautella, ne eo- usque

usque progredere-
 tatur, unde sine prælio
 sese eripere haud posset, sin vero, cla-
 dem suo capite luiturus. Attamen hic
 periculi contemptu incautius, longius-
 que abreptus, & propemodum vincere
 præfessinus, alia duo equitum millia
 sibi submitti petit, & accipit, eum ta-
 men a tota prope hostium acie circum-
 ventum esse, paulopost nuntiatur, unde
 Tillius, ne ipsa castra ab hoste invade-
 rentur, veritus, invitus licet, exer-
 citum suum in aciem ducit, primoque
 impetu in Saxones irruit, fusoque
 confestim Equitatu pedites in fugam
 agit. jam tum penes Cæsareos victo-
 riæ summa stetit, nisi Croatæ, ac
 Tilliani Equites improvida prorsus au-
 dacia in fugientium terga effusi, læ-
 vam aciem nimium debilitassent: quo
 conspecto mox Saxonum residui una-
 cum Suecis fuso Cæsareorum Equitatu
 in Tillianas legiones invicta adhuc vir-
 tute dimicantes a fronte simul & a ter-
 go tota mole incubuere. Tum vero
 diuturnum & pertinax utrinque erat
 certamen, sique Tillianæ virtuti suus
 per omnia successus collusisset, fugato
 jam Suecico Equitatu hostis palmam
 denuo Cæsareis concedere fuisset co-
 actus: dum vero Hornius adducto re-
 centi milite certamen instauraverat,
 turbato prælii ordine Tilliana acies
 D d 3 undi-

Sæc. XVII.
 A. C. 1631.

Sæc. XVII. undique tum a belli tormentis, tum a
A. C. 1631 circumfusis agminibus petita, laxatis
 ordinibus pedem retulit, ceteris aut
 fuga dilapsis, aut ab insequente Sueco
 trucidatis. Cæsa sunt utrinque novem
 ferme millia, Suecorum non multi, Sa-
 xonum vero & Cæsareorum ingens
 strages exstitit. Cecidere ex Catholi-
 cis Adolphus Holsatiæ Dux, Schön-
 burgius, Blancartus, pluresque alii
 Tribuni ac Centuriones, omnia illacri-
 mata suis capita. Ex Saxonibus cecide-
 re Bintauffius, Læserius & Starche-
 dius: ex Suedicis Teufelius, Hallius,
 Calenbachius, Damitius, aliique post
 conflictum ex vulneribus confecti. Capta
 belli tormenta viginti septem, vexilla
 supra centum, cunctique currus atque
 impedimenta. Tilius, qui toto con-
 flictu militis simul & Ducis partes fire-
 nue obibat, a Friderico Langio cen-
 turione agnitus, graviterque vulnera-
 tus in captivitatem fuisset abductus,
 nisi occiso invasore suo, a Lauenbur-
 gico Duce periculo ereptus, Halam
 auffugisset. Hæc ipsa clades longam
 victoriarum seriem una die interrupit,
 induxitque Catholicis & Imperio lon-
 gam alternantium malorum calamita-
 tatem.

Sæc. XVII. venerat, ut Gustavus Rex in superioribus Germaniam, Saxo autem in Silesiam, & Bohemiam copias suas educeret. Eapropter Rex in Turingiam penetrans, dum interea Guilielmus Hassiæ Landgravius Frizlariam aliasque Moguntini Imperii civitates subegerat, ipse Erfordiam, Mansfeldam, Gotham, & Sweinfurtum occupavit: demum Henebergenfi comitatu subacta, Königshofium Herbipolensis Episcopi arcem deditione: Herbipolin vero vicepit, totamque Franconiam, Francisco Hazfeldio Duce ac Episcopo Coloniam profugis, suis armis emensus est, permitta tamen incolis Religionis libertate. Rapidam Gustavi felicitatem plurimum promoverant Protestantæ Franconiæ Proceres, qui in ejus studia propensi largissima pecuniarum subsidia ultro contulerunt, promulgata hac lege, ut quisquis intra bimestre foederi non accederet, is in hostium numero haberetur. Eapropter Rex abrogatis Magistratibus Catholicis alios in sua verba adiecit, reluctantibus vero gravissima interminavit mala. Eo metu perculsus Bambergensis Episcopus, Gustavum vana obsequii spe lactabat, suorum tamen calamitates ac direptiones profuso auro redimere coactus: Cum vero Regi innotuisset, quod Francofordien-

fordienſis Conventus de Cæſaris edicto Sæc. XVII.
 & Eccleſiarum ſpoliis die tertia Au- A. C. 1631.
 guſti inchoatus adulto jam Novembri in
 irritum cecidiſſet, eoquod Proteſtantes
 Lipſienſi victoria tumidi ad pacis Reli-
 gioſæ præſcriptum has controverſias
 decidi recuſarent, mox Guſtavus Ele-
 ctiores Eccleſiaſticos ad ſuas partes ſol-
 licitare audebat, omnem ſecuritatem,
 ſeu verius, ſervitutem pollicitus, ſi ſin-
 guli quadraginta aureorum millia pen-
 derent, annonam, liberumque tranſi-
 tum, & ubicunque res poſtulaverit,
 ſtativa Suecicis copiis concederent.
 Petiit inſuper, ut Auguſtanam confeſ-
 ſionem in ſuis ditionibus admitterent,
 & Proteſtantibus hoc bello erepta red-
 derent, ac denique Cæſari obſequium
 abnegarent, ſecus extrema quæque
 perpeſſuri. Verum hi Electores ma-
 luerunt mala denuntiata perpeti, quam
 fidem Deo, Eccleſiæ ac Cæſari obſtri-
 ctam violare. Igitur Rex ſua ſpe de-
 luſus Francofurtum, Höchſtam, om-
 nesque pene urbes ad Tuberam & Mæ-
 num ſitas ſubegit, præſidiariis ad ſua
 ſigna compulſis: pari quoque felicitate
 Haſſiæ Landgravius Mindam, Fuldam,
 ac integram pene Weſtphaliam occu-
 pavit; ipſum vero Landgravium poſtea
 Rex ad ſua caſtra revocavit, ut trajecto
 Rheno expugnaret Moguntiam, quam
 D d 5 Ele-

Sæc. XVII. Elector Anselmus Casimirus priusquam
 A. C. 1631. Poloniam transfugeret, Hispano præ-
 sidio firmaverat: Interim Tillius Ro-
 tenburgo & Winshemio non sine Sue-
 corum clade recuperatis, Norimber-
 bergam arte cinxerat, quapropter Gu-
 stavus Rex cognito periculo urbi la-
 boranti opem ferre festinabat, ma-
 tato Moguntiam expugnandi consilio
 Tillio autem in Palatinum superio-
 rem concedente, Oppenheimium &
 Moguntiam vero deditioe cepit: In
 ipso Nativitatis Dominicæ die sacra-
 ritu Lutherano celebratum est. Tur-
 demum omnes ditiones cis & ultra
 Rhenum sitæ sine ullo negotio in Sue-
 corum potestatem venerunt: Gustavus
 enim uno anno a mari Balthico usque
 ad Moguntiam & Palatinum victori-
 bus suis armis universam Germaniam
 emensus est, cujus miram felicitatem
 non parum quidem Protestantes pro
 sectæ affinitatem, in Catholicos & Ca-
 sareum odium, novarumque rerum in-
 piditatem, Catholici autem per in-
 sum terrorem sæpe panicum & publicum
 bono prævalens privatæ utilitatis in-
 dium promoverunt: Nihilominus con-
 cino concedendum est etiam hosti be-
 gio virtutis bellicæ, & rei strenue gerendæ
 testimonium.

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

§. XV.

Saxonix Electoris expeditio in Bohemiam.

Non feriabatur interea Joannes Georgius Saxonix Elector; postquam enim instigante Joanne Salvio Suecix Regis Legato Saxonix inferioris Ordines conventu Hamburgi coacto a Cæsare defecerant, Elector victrices suas copias, ductore Arnheimio, per Misniam in Lusatiam duxit, quæ etiam mox eidem universa patuit, eoquod Cæsarei ea relicta in Silesiam & Bohemiam sese recepissent. Verum Saxo secundis victoriæ auspiciis ad majora animatus, mox in Bohemiam nullo resistente irrupit, captisque pluribus oppidis Leutomericiam subegit, promotisque castris die undecima Novembris Pragam, Regni caput, ac dein Egram ad unius Tibicinis provocationem deditione cepit: Promiserat enimvero Arnheimius Catholicis Religionis suæ libertatem, ceteraque urbis jura & privilegia: postquam vero Acatholicis e Regno exulibus redeundi potestas fuerat concessa, mox civium non pauci, ac rustici ferme omnes ad sectæ suæ genium reversi sese Saxonibus ad rapinas, cædes, perniciemque Catholicorum

Theatr. Europ. tom. 2.

Sæc. XVII. rum adjunxere. Hæferat tamen
 A. C. 1631. Budovicium Saxonis victoris impetus
 hanc enim urbem Balthasar Maradinus
 Vir bello spectatissimus adversus ene-
 nes Saxonum incurfus strenue pro
 pugnaverat.

§. XVI.

*Urbani VIII. Pontificis sollicitudo
 circa inclinatas Catholicorum res.*

Jæger. Hist. Dcl. l. 1. cap. 19. Bougeant Hist. Bell. tric. t. 1. l. 2. Palat. in vita Urban. VIII. Quamprimum Urbanus VIII. Pontifex Maximus de Franciæ Regis inter-
 dere cum Suecis inito certior fuerat
 factus, mox datis ad eundem literis
 desuper vehementer querebatur. Respon-
 sionem eidem dederat Ludovicus Rex
 proprio chirographo, declarans, quod a
 Suecorum partibus assistere paratus
 esset, dummodo Hispaniæ Rex haud
 ultra Franciæ hostilitatem ferre, junctis-
 que viribus Hugonotas in Gallis, & Pro-
 testantes in Germania reprimere vellet.
 Has Regi literas Urbanus quantocius
 Madritum transmiserat, quin responsum
 inde ferret: quinimo Cardinalis Borgia
 Hispaniæ Regis nomine necnon Cardinales
 Austriacæ Domui addicti habito inter
 conventu scripturam obtulerunt, qua
 palam declarabant, totam penam
 Pontificem culpam fore, si Religio Catho-
 lica

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

tholica detrimenti quid capiat, eo quod
 flammæ undique erumpentes hucus-
 que restinguere neglexisset: Enimvero
 Papa primis hujus belli initiis non nisi
 Ecclesiæ thesauros indicto ac de Mense
 in Mensem propagato Jubilæo largissi-
 me proferebat: minime ratus, Prote-
 stantium arma tam brevi temporis in-
 tervallo universam Germaniam cum
 maximo Religionis orthodoxæ dispen-
 dio inundatura: postquam vero a Cæ-
 sare, aliisque Principibus Catholicis
 per Legatos identidem submissos moni-
 tus fuerat, propemodum de Religione
 actum esse, ni omnibus viribus tempe-
 stive subveniretur, nulla mora cunctos
 Italiæ Principes ad ferendam opem
 sollicitabat, a quibus tamen præter
 verba & excusationes nil aliud retulit.
 Paulopost Ferdinandus Imperator Pas-
 manum Cardinalem Vienna Romam
 decrevit, qui deploratum Ecclesiæ &
 Germaniæ statum vivis coloribus de-
 pingeret: Pasmano ad alloquium ad-
 missio Papa respondit, haud decere,
 ut ipse utpote Cardinalis sese profanis
 rebus immisceret, Pasmanus vero mox
 reposuit, de Religione agi, pro qua
 excubare, Cardinalium esset, si vero
 purpura obstaret, se eam deponere, &
 solo tectum indusio perorare paratum
 esse. Excusat primo Pontifex ærarii
 in-

Sæc. XVII. inopiam ex Austriacorum irruptione in
 A. C. 1631. Italiam exortam, postea tamen urgente

Pasmano antiquæ severitatis Viro impendens Ecclesiæ periculum in sacro Purpuratorum confessu gravibus oppido verbis exposuit: Rationibus per opinionum varietatem in partem utraque ventilatis prævalere Hispanis partibus addisti Cardinales, qui tanti in causam in ipsum Cæsarem rejiciebant eo quod hic ad Italiæ & præcipue Mantuæ devastationem pecunias copiosas suas, quas utilibus contra Suecos Protestantium progressus impendens potuisset, spretis Apostolicorum Nuntiorum monitis prodigere haud dubitasset, ipsumque Papam adegisset, ad Mantuæ tutelam numerosas alere phalanges, ærariumque exhaurire. Hæc Cardinalium libertas plurimum offenderat Pontificem, qui moderatorem ceterorum opinionem secutus, ad ferendas belli expensas Cæsari centum mille aureos ex decimis Italiæ Clericis imperatis submitit, palamque Hispani Regis Legato declaravit, quod Hispani sua ambitione, ac dominandi libidine Catholicorum non paucos, ut de hereticorum victoriis lætarentur, adegissent: inde vero tanta inter Cæsarem Hispanosque Oratores exorta est indignatio, ut Cardinalibus in diversis

factiones scissis Philippus IV. Hispaniæ Sæc. XVII.
 Rex Regni sui beneficia conferendi jus A. C. 1631.
 Pontifici demere, hancque in rem Cor-
 dubensi Episcopo, & Joanne Chiu-
 mazzero Romam decretis in Regno suo
 Curiam, quæ *Dataria* vocatur, erige-
 re statueret: ubi occasione exin arre-
 pta Gallus quidam Poeta ad apes, quas
 Urbanus in suis insignibus ferebat, al-
 ludens hunc versum divulgabat. *Mella*
dabit Gallis, Hispanis spicula figet, quo
 tamen perlecto Pontifex extemporanea
 vena mox respondit: *Mella dabit cun-*
ctis, nec Hispanis spicula figet, spicula
nam Princeps figere nescit apum. Quam-
 primum de Hispani Regis indignatione
 in Papam concepta rumor increbuit,
 mox Proceres, ut fieri amat, linguas
 calamosque in Urbanum acuebant, ac
 præ ceteris Jesuita, qui Olivario Duci
 primoque Regis Ministro a confessioni-
 bus erat, sui oblitus librum edidit *de*
potestate Pontificis, in quo palam tradi-
 disse fertur, *omnem potestatem, quam ca-*
pitis Ecclesiæ titulo in christianum orbem
sibi Papa vindicat, meram usurpationem,
Intrusionem, & Violentiam esse: non exi-
sente in Papa alia prærogativa supra alios
Episcopos, nisi quantum ad dignitatem ac-
cidentalem, non quoad superioritatem Ju-
risdictionis: Episcopum quemvis non ha-
bere minorem Jurisdictionem in sua diocesi,
quam

Sæc. XVII. *quam Papam in suo Episcopatu S. Joannis Lateranensis. Papam non esse supra Concilium, sed contra. Proinde excommunicationem Bullæ in Cæna Domini adversus eum, qui a Papa appellaverit Concilium, esse injustam, invalidam, & tolerandam. Ceterum Maximilianus Bavarix Elector, cum Gustavum Regem cum valido exercitu, quo periculosius, ceteris Catholicis ditionibus imminere cerneret, prevalendo exercitu fœderato pecuniaria subsidia cunctis suæ ditionis Statibus indixit, unde Abbatia Augustana & S. Crucem ob pagum, aliaque inter Bavoriam possessa quatuor florenorum millia conferre jubebatur; cum autem anno priori pro recuperandis bonis suis bis mille quingentos florenos expendere coacti fuerint Canonici, sexaginta septem marcas cuncta valdeaurata & argentea vendiderunt, pretiumque cum mille Florenis Monachum transmisere.*

§. XVII.

Turbæ in Galliis inter Regem, Matrem, ejusque Fratrem.

Calmet Hist. Interim grave in Galliis diffidium inter Ludovicum Regem, ejusque Matrem exortum est, cujus origo repetenda

videtur, a summa, qua Richelius Cardinalis apud Regem valebat, gratia & auctoritate; hac enim non modo Reginae Mariæ Medicæ Matris, sed & præcipuorum Procerum invidiam odiumque in se concitabat: Inde crebræ apud Regem querelæ, tamque atroces in Cardinalem calumniæ, ut Rex Lugduni decumbens illum a se amovere cogeretur: Richelius igitur temporis iniquitati cedendum ratus, non sine magno æmulorum applausu Portugariæ exulabat: Marillacus autem Regii Sigilli Custos, ejusque Frater nil intentatum, inausumque relinquebant, ut Reginae Matri, necnon Gastoni ejus Filio Richelium magis adhuc exolum redderent: Indignationem suam adhucdum premebat Gasto Aurelianensis Dux Ludovici Regis Frater, Regina vero maternum amorem apud Filium minus, quam Cardinalis ingenium valere, ultra ferendo impotens, Ludovicum Regem Versalias euntem, impense licet a Marillaco rogata, commitari renuit, improvido prorsus consilio: Cardinalis enim Reginae absentia in rem suam versa Versalias contendit, & tam dextre sese in Regis animum insinuavit, ut Rex obsequii contra Hugonotas & Sabaudum nuper præstiti memor eum pristinis favoribus & dignitati

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

*Hist. Eccl.
de Lorr. t. 3.
Mém. de
M. Omer
Talon t. 1.
pag. 2.*

Hist. Eccles. Tom. LIX.

E e tati

Sæc. XVII. tati redderet, atque in illius gratiam
 A. C. 1631. suæ Matris, fratris, & propemodum

fui ipsius oblitus videretur. Eo tempore utilem Cardinali navabant operam Valetta Cardinalis & Simonis Regis cliens, quorum sollicitatione Richelium Marillacum carcere, ejus vero fratrem capite plecti jussit. Hæc severitas Richelionis animum tantopere exulceravit, ut Richelium die quarta Februarii cedens palam eidem omnem amicitiam renuntiaret, ac Regina ejus Mater Richelium Rege tum præsentem, diceret: *omnes te abominantur, quia Regnum cerarium exhaustisti, & Regnum periculo bello involvisi: Ad hæc vero Rex contestim reposuit: & si omnes tibi adversantur, non ego te deseram.* His diebus Rex unacum Regina Matre & Richelio Compendium secessit, ubi a nonnullis Regi nuntiatum, libertati suæ insidias parari, caveret igitur, quibus se confideret: Jam antea enim rumor erat, perinde ac si Regina Mater cum Proceribus quibusdam clandestina consilium disset, ut Ludovico Regis filio Monasterium detruso Aurelianensis Ducis ejus Filius natus secundus Regni faceret: Tum vero Richelius Regis diffidentiam erga Matrem fratremque intimius instillare haud cessabat: quæ circa Rex sex peditum, & duas equos

tum phalanges emisit, quæ Matrem Sæc. XVII.
 Compendii agentem ad Mulinensem A. C. 1631.
 arcem abducerent. Hæc tamen pau-
 lopost clandestina fuga die decima Julii
 Avennas, ac demum in Belgium ad
 Hispanos abscessit. Sequebatur Matris
 partes Gasto ejus Filius, qui aliquot
 Proceribus stipatus, Aureliam contem-
 dit: quo comperto Rex Valetam Car-
 dinalem eo ablegabat, ut Fratrem in
 Aulam revocaret, ipse quoque Rex
 civilis belli incendium veritus, assum-
 pto duntaxat suo satellitio Aureliam
 properavit. Gasto autem Regem cum
 toto exercitu instare falso edoctus, ad
 Bellegardum Burgundiæ Ducem, ac
 inde die decima tertia Martii in Lotha-
 ringiam secessit. Iteratas ad eum li-
 teras dederat Rex, quibus Gasto iti-
 dem respondit, declarans, quod nulla-
 tenus rerum novandarum studio, sed
 honorem ab hostium calumniis, suam-
 que libertatem, capta jam Matre, lu-
 culento discrimini expositam tuendi
 sollicitudine auffugisset: Aucto igitur
 novi belli timore Rex valido exercitu
 fratrem suum insequi statuit, Richelius
 quoque cunctos, qui Gastoni ad hanc
 fugam Auctores exstitissent, ac fugien-
 tem comitati essent, læsæ Majestatis
 reos declaravit, suumque decretum Di-
 vionensis Senatus tabulis inferi jussit.

E e 2

§. XVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

§. XVIII.

Parisiensis Senatus Richelii Cardinalis decreto obluſtatus.

*Hist. du
Parlement
de Paris
cap. 50.
pag. 240.*

Hæc Cardinalis declaratio Parisienſi Senatui nimis ſevera videbatur quocirca hoc negotio ultro citroque diſcuſſo, die vigelima quinta Aprilis plurimorum ſuffragia eo abibant, hæc ſententiam ad acta non eſſe referendam eoquod domeſticis aliunde innoxiiſſimum eſſet, Principem ſuum in itinere ſequi: Sub idem tempus ad Senatui deferre literæ, in quibus Gaſtoſenſis natus opem implorans ſignificabat, in Regno exceſſiſſe, eoquod ſuæ vitæ inſidias ſtruxiſſet Richelius: paulo poſt Regina Mater, quæ ſecunda a Rege fuiſſet, ſi aut Richelium rebus ſuis non adhibuiſſet, vel ſemel admiſſum non deferuiſſet, libellum ſupplicem ad eundem Senatui tranſmiſit, in quo expoſuit, quod Richelius variis artibus ac dolis Regis Filii ſui vitam manifeſte discrimini exponere intendat, cum per verſis ſuis conſiliis illum adigat, ut inter maximos æſtatis calores copias ſua peſte infectas ipſus in aciem educeret. Inſuper inſimulabat Cardinalem, perinde ac ſi clandestina cum exteris conſilia fovens, præcipua Regni munera

suis clientibus tradidisset, urbesque Sæc. XVII.
 maritimas Præfecturis Britanniaë & Pro- A. C. 1631.
 vinciaë eo fine adjunxisset, ut Franciaë
 Regnum ex utraque parte veluti ob-
 fessum teneret. Quoniam vero inter
 Regem, ejus Matrem & proximum Re-
 gni hæredem ac Richelium Senatus
 judicem agere renueret, ideo nec Ma-
 tris nec Gastonis literas prælegit, sed
 eas Regi remisit, qui illas velut calum-
 niis scatentes suppressit, ac die duo-
 decima Maji Senatum apud Luparam
 coram se comparere jussit, Præfidi, ce-
 terisque in genua provolutis expro-
 brans, quod nuperum decretum ad acta
 referre recusassent, cum tamen Regias
 declarationes ad examen vocandi fa-
 cultas nulla eis esset: Ad hæc cum
 Talonus Advocatus Regem de Sena-
 tus obsequio certiozem reddere para-
 ret, mox subjunxit Rex, *nolite jactare
 vestram obedientiam, ut enim obsequiosos
 vos reddere possem, necesse foret, ut vos
 cuidam militum centuriaë, non senatui ag-
 gregarem.* Postea die decima tertia Au-
 gusti suam declarationem ad Senatus
 acta referri, ambosque Præfides Ga-
 yantum & Barillonum, unacum Le-
 neto, qui acrius contra hoc decretum
 declamabat, exulare jussit. Cardi-
 nalis vero novum erexit tribunal, a
 quo

Sæc. XVII. quo damnarentur illi, quos non ad
A. C. 1631. ditos Senatus damnare recufabat.

§. XIX.

Gastonis matrimonium cum Margaretha Lotharingia a Clero Gallicano & Parisensi Senatu irritatum.

*Hist. du Par-
lem. c. 51.
Calmet Hist.
de Lorraine
tom. 3. l. 34.
pag. 211.*

Quamprimum Gasto Aurelianensis Dux Nanceium venerat, Carolo Lotharingiæ Duci omne obsequium offerebat, utque arctiori amicitiae vinculo eum sibi obstrictum redderet, Margaretham illius Sororem sibi in uxorem tradi petebat. Annuebat ipsamet Gastonis Mater, hancque in rem Patri Chantelobio Oratorii Presbytero, qui Gastonem Parisios comitabatur, literas materni sui consensus testes submittebat, amplam quoque dotem pollicita: cuncta tamen consilia dissipabat Richelius, qui nomine Regis, misso Guronio ex Carolo Duce sciscitabatur, quorsum ingens hic belli apparatus spectaret, & utrum Sororem suam Gastoni desponsare intenderet? Carolo autem, quod arma contra Suecum pararet, rumor vero de nuptiis falsus esset, respondente, Guronius Regis nomine præcepit, ut Carolus confestim trans Rhenum rediret.

direct, secus, ipsemet Rex cum valido exercitu nuptiis interfuturus esset. In hac rerum vicissitudine Carolus copias suas in Cæsaris opem ducere statuit; Gasto autem, ne Regis fratris sui arma in Lotharingiam evocaret, inde in Belgium secessit: Nihilominus tamen Ludovicus Rex Vicum, & Mediovicum urbes conspirante Carolo a Cæsareis præfidiariis fuisse munitas indignatus, die decima Decembris valido exercitu stipatus, utraque urbe in deditiorem accepta, Metas contendit. Interim vero Gasto matrimonium suum perficere festinabat, hancque in rem Obazinum Abbatem Romam decernebat, qui connubii pacta summo Pontifici exponeret, legisque veniam impetraret. Urbano autem responsum differente Franciscus Lotharingus Cardinalis Tulensis Episcopus solemni futuri matrimonii promulgatione condonata, P. Albino Telliero, aliisque duobus Religiosis has nuptias solemni precatione conjungendi facultatem demandavit, prout & die decima tertia Januarii factum est. Die autem trigesima Maji Gasto datis literis Regem fratrem suum de contracto matrimonio certiore reddidit, cui etiam Rex respondit, suamque epistolam typis edidit. Porro hoc connubium ingenti

Sæc. XVII. sollicitudine perculerat Richelii Cardinis
 A. C. 1631. nalis animum; Reginam enim Matrem
 ejus Filium, necnon Lotharingæ Ducem sibi adversaturos præsenferat; quocirca nil intentatum reliquit, ut has nuptias omnino irritas declarari, & Clero, Senatue impetraret: Hanc in rem Rex Metensi Senatu in mandatis dedit, ut de hoc matrimonio, quod *raptum* appellitabat, juxta legum severitatem cognosceret, pariterque Clero Gallicano in Parisiensibus comitiis congregato discutiendum committeret, utrum Princeps Regni hæres sine Regis consensu connubium valide inire possit? Igitur Præfules, Socii bonæ Doctorum, FF. Prædicatorum, Augustinianorum, Carmelitarum, Franciscanorum, Jesuitarum, Patrum Oratorii, Carmelitarum Discalceatorum, Capuccinorum, Minorum, aliorumque Theologorum sententias rogabant, ac tandem discussis Regni legibus, & Doctorum sententiis declarabant, quod Regni consuetudo, vi cujus Regiæ stirpis Principes, Rege non consentiente, aut omnino invito & prohibente, valide contrahere non valerent, sit ratio consona, per legitimam & diuturnam præscriptionem, necnon Ecclesiæ auctoritatem firmata: Econtrario autem Lovanienses Doctores Gastonis connubium

nubium omnino validum esse decide-
bant, eoquod a Principe viduo, & Sæc. XVII.
A. C. 1631.
viginti quinque annos nato, qui sui juris
erat, consentiente ipsa Sponsa & Spon-
sæ Patre in Patris domo servatis ser-
vandis contractum esset, aliunde Ma-
trimonium prout est *Sacramentum*, hu-
mano iudicio non sit subjectum, & tan-
quam *contractus civilis* omnium Natio-
num legibus firmetur: proin si ut irri-
tum declareretur, exin funestissimum
bellum civile oriri posset, eoquod si ex
hoc Gastonis connubio Filius nascere-
tur, hic ab omnibus Europæ Nationi-
bus, summoque Pontifice, imo a Gal-
lorum non paucis, Ludovico sine pro-
le defuncto, tanquam legitimus hæres,
a Gallis vero quibusdam pro spurio ha-
beretur: Nihilominus Clerus Gallica-
nus die septima Julii in suis comitiis
legem promulgabat, qua inhibitum, ne
Regni hæredes sine Regio consensu ma-
trimonia inirent. Decernebatur quo-
que Romæ Montpessulanus Episcopus,
qui hanc Cleri decisionem a summo
Pontifice ratam haberi impetraret: Ve-
rum Papa politicam legem ad Ecclesia-
sticam evehere recusans, Gastonis ma-
trimonium omnino validum declarabat,
reclamante Parisiensi Senatu. Nihilo-
minus Gasto cum Sponsa sua in Bel-
gium profectus, ibidem in Ecclesia Ca-
thedra-

Sæc. XVII.
A.C. 1631.

thedrali Mechliniensi matrimonium suum publica solemnitate ratum habuit, inde vero in Occidaniam reversus contra Fratrem suum copias contraxerat, prælio autem devictus, & a suis per derelictus duris conditionibus veniam impetravit, tandem vero ipsemet Re progressu temporis Fratris sui matrimonium consensu suo firmavit.

§. XX.

Bernabitarum Collegium scholasque apertire a Parisina Universitate prohibiti.

*Argentre
Concl. Facult. Paris.
t. 2. p. 318.*

Jam ante aliquot annos Cleri Regularis ex Congregatione sancti Pauli qui vulgo *Bernabitarum* dicuntur, in suburbio sancti Marcelli domum erexerant postquam vero Parisiensis Archiepiscopus eisdem insuper Ecclesiam S. Eligii unacum annexis ædibus concesserat Universitas Parisiensis, ne Scholam perirent, verita, unacum Parochia Parisinis regium Senatum convenit suppliciter, ut hi Regulares coram aede iussi, novas has ædes retinere, ac Collegium erigere prohiberentur, simulque Presbyteris sæcularibus, ne præfatæ Ecclesiæ claves his Religiosis traderent, & cunctis opificibus interdiceretur, ne ad Bernabitarum iussa quas

quam operis conficerent, vel demoli- Sæc. XVII.
rentur, ab eorum autem Ecclesia om- A. C. 1631.
nes Reliquiæ, ipsa & ornamenta
tollerentur: Postquam igitur die vige-
sima prima Junii Senatus Universitatis
precibus detulerat, & Bernabitiæ sua
diplomata, ex quibus illorum Ordinem
in Regno approbatum constaret, ex-
hibere jussi fuerant, Mauritius Mori-
nus hujus Congregationis Procurator
ceterorum nomine Universitati declara-
bat, se omnem prorsus docendi provin-
ciam abdicare, neque unquam id in
animo habuisse, proin superfluum esse,
ut Universitas de eis quereretur, præ-
cipue cum vi sui instituti duntaxat in
iis locis scholas aperire permetteren-
tur, ubi nulla alia sint Collegia, & de-
super a Magistratibus rogati essent:
Hac declaratione tandem finem habuit
vexatio jam ab anno hujus sæculi vi-
gesimo secundo Bernabitis Parisien-
sibus intentata, acrius autem Universi-
tates Gallicæ adhuc infestabantur Au-
genfis, Lingonensis, & Andegavensis
Urbium Jesuitas, eoquod hi in docen-
di proposito obfirmati Universitatis sen-
tentiam, provocando ad secretius Re-
gis Consilium elusissent.

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

§. XXI.

Varia Parisinæ Facultatis Theologice decreta.

Argentore
l. c. p. 344.
P. Erhard
Script. Ord.
FF. Præd.
t. 2. p. 493.

Edidit quidam Auctor sub ementito nomine *F. Pacifici Provinensis Capucini* Relationem Itineris Persici; cum autem in hoc libro multa piarum aurius offensiva reperiri, rumor esset. Frogerus Facultatis Syndicus die prima Aprilis eundem librum a duobus Theologis examinari, ac demum censoribus perstringi petiit: Facultas vero Declavium Magistrum ad præfatum Patrem Capuccinum ablegabat, qui eundem moneret, ut ea in hac relatione, quæ male sonare, minusque religiosum sensum præferre, Facultas censuisset, ipse prior corrigeret, ac desuper Facultatem certiore redderet. Verum P. Archangelus Parisiensis monasterii Guardianus scriptotenus clarabat, quod hic partus a nullo Capuccinorum editus, sub ementito nomine fuerit divulgatus, nec Ordinis Superiores ullatenus hunc librum approbarint, utpote ineptis, suppositis ac impio stylo exaratis rebus refertum. Nihilominus die secunda Maji P. Pacificus testabatur, quod sese sacræ Facultatis iudicio plene subijcere vellet.

ratumque habeat, ut in præfato libro Sæc. XVII.
 ea omnia, quæ Facultas improbat, expungantur; quin etiam ipse prospexit, ut ad calcem hujus libri Index, & A. C. 1631.
 emendatio errorum, qui sparsim per totum librum invenirentur, addatur. His in Facultatis confessu relatis Dreuxius Magister retulit, quod in hoc libro gravia & Blasphema quædam censuris notanda deprehendisset, eapropter Facultas declarabat, sibi in animo esse, ut suam de hoc libro censuram non dissimularet, sed ipsum librum acriter perfringeret.

Eadem die Magister Roche Facultati supplicabat, quatenus alium librum de privilegiis S. Scapularis a se approbatum passim legi permetteret, illumque suo suffragio comprobaret: Verum hujus petitioni non annuit Facultas, ne forte laici pluris faciant, magisque confidant in gestatione & usu S. Scapularis, quam in praxi virtutum Christianarum, & pio Sacramentorum usu. Insuper inhibuit Facultas, ne ullus ex Magistris, qui deinceps libros approbabit, a veteri & usitata libros approbandi norma, quam unicam Facultas recipere intendit, recederent, ne, si forte aliquid minus apte foret approbatum, inde in sacram Facultatem decoris quicquam cadere videretur.

Nihilo-

Sæc. XVII. Nihilominus idem Frogerus die quarta
 A. C. 1631. Novembris contra duos Facultatis Ma-
 gistros querebatur, eoquod P. Claudius
 le Roux Dominici & Baccalauri
 brum sub titulo: *Turtur ingemiscens* per
Jerusalem approbassent, cum ta-
 men in eo multa inepta & scurrilia con-
 tineantur animadversione digna, præter
 quam quod Auctor tam nomen, quam
 Professionis conditionem subticuerit.
 Eapropter statuit Facultas, nullos li-
 bros Anonymos a Facultatis Doctores
 deinceps esse approbandos, imò
 eo nomine rejiciendos, eoquod sine
 Nomine Authoris editi essent. Fate-
 batur tamen ipsemet hic Author, quod
 abstrusis & sæpe confictis vocibus in
 hac lucubratione sua usus fuerit. De-
 nique eadem die Facultas egit de alio
 libro Anonymo, qui inscriptus erat
*Alphabetum Sacerdotum Rothomagi excu-
 sum*: postquam igitur Ludovicus Baillet
 & Antonius de Machii, quibus Facul-
 tas hunc librum discutiendum commis-
 serat, nonnulla ex infinitis, quibus con-
 tebatur, mendis inepta & erronea præ-
 tulerant, Facultas eundem censura no-
 tavit, & quoniam impressus Rotho-
 magi prodiisset, & ejusdem Diocesis
 Parochi illum manibus passim terrerent,
 hinc Rothomagensem Archiepiscopum
 aliosque Pastores, ut provideant, de-
 cer

cenfura hac certiores reddi præcepit. Sæc. XVII.
 Hoc item anno Facultas Regularium A. C. 1631.
 Hyberniæ Superiorum literas, quas
 supra retulimus, exactius examinabat, *Vid. supra*
 iisdem ita respondendum decernens, *l. 196. §. 96.*
Et 97. t. 58.
letari Facultatem, quod secum ipsi sentiant,
gratularique quod uti suis literis testantur,
propositiones a Facultate damnatas nunquam
docuerint, aut asseruerint; ceterum Facul-
tatem non affirmasse earundem propositio-
num illos esse Authores, sed tantum dam-
nasse Doctrinam in iis contentam, quoscun-
que tandem haberet authores: literas porro
eorundem Regularium describendas in libro
conclusionum, Et exemplar asservandum in
monumentis facultatis.

§. XXII.

*Sacrilega Symboli Apostolici censura
 ad instar censurae Parisiensis in
 plures propositiones ex duo-
 bus libris Anglicis decer-
 ptas nuperrime pro-
 nuntiatae.*

Jam supra meminimus, quod Mathiæ *Abrege*
 Wilfoni & Joannis Floydii Jesuita- *chronol. de*
 rum libri contra Hierarchiam Ecclesia- *l'hist. Eccl.*
 ficam Anglico idiomate editi non *Argentre*
 modo a Parisiensi Facultate Theolo- *l. c. p. 350.*
 gica, sed & a triginta quatuor Archi- *relat. Al-*
 epi- *phons. ad*
Reges p. 4.

Sæc. XVII. episcopis & Episcopis in Parisiis co-
 A. C. 1631. mitiis fuerint damnati: Horum cen-
suram, quam haud ultra præpedire po-
 erant, tam indigne ferebant Jesuitæ, ut
 illam saltem inique a Facultate pronun-
 tiatam demonstrare, Societatisque ho-
 norem etiam cum fidei dispendio vi-
 dicare statuerent: Hanc in rem con-
 siliu[m] prorsus incongruum, nescio
 quo inspiratum, amplectebantur, fru-
 tuentes, quod ipsum etiam Symbolum
 Apostolorum censuris perstringere ve-
 lint, ut exinde omnibus notum fieret,
 quod sicut hoc Symbolum, quamvis cet-
 tas & minime dubias fidei veritates
 complectatur, in perversos tamen sen-
 sus sacrilega pravitate detorqueri ve-
 leat, ita haud mirum sit, quod Pari-
 siensis Facultas utrumque hunc librum
 quamvis æque orthodoxas, ac Symbo-
 lum, veritates contineant, damnare
 potuerit: Placuit istis hoc consiliu[m]
 cujus exequendi curam demandarunt
 alias celeberrimo Patri Theophilo Ray-
 naudo, qui etiam edito libro, cui ti-
 tulus: *Ertemata de bonis & malis li-
 bris, deque justa aut injusta eorundem cen-
 sione*, Sacrosanctam hanc ac summe
 venerandam fidei nostræ Confessionem
 censuris perstrinxit, suæque inconsulte
 lucubrationi sequens monitum ad Le-
 ctorem præfixit.

Vid. supra
 l. 196. t. 58.
 S. 100. &
 101. p. 682.
 & 705.

Nec cui mirum, aut insolens videatur, Sæc. XVII.
 si traditum ab Apostolis & pridem ab Ec- A. C. 1631.
 clesia receptum fidei Christianæ Symbolum
 censuræ subjiciamus: coegit plurimorum Pag. 244.
 hujus tempestatis hominum ingenium versi- & 298.
 pelle, ac subdolum: qui sub prætextu Apo-
 stolice authoritatis, antiquas hæreses ac
 novas, magno rei fideique Catholicæ de-
 trimento, primum occulte spargere, ac de-
 inde aperte propugnare moliuntur. Nempe
 in ea jam tempora periculosa incidimus, in
 quibus etiam tutissima quæque timenda vi-
 deantur, quod etsi proprio experimento mi-
 nus adverteremus, exemplo certe aliorum
 aliunde disceremus; vidimus enim, quanta
 hisce diebus severitate Parisiis damnatæ ac
 prohibitæ sint propositiones pleræque e duo-
 bus libris Anglicano idiomate scriptis ex-
 ceptæ: quamvis illæ hæcenus indubitatae,
 & communi Ecclesiæ sensu sanctæ, catholi-
 cæque haberentur; non quod genuino sensu
 intellectæ quicquam falsi continerent, sed
 quod a perversis quibusdam veritatis, &
 avitæ pietatis hostibus, ad alios sensus
 mira pravitare detorqueantur, ob eam cau-
 sam merito ac prudenter timuimus, ne qui
 in re minoris momenti, & ex qua non
 adeo magna inferri possint Ecclesiæ incom-
 moda nudam atque apertam veritatem tam
 sæde traducere conati sunt, ipsum postmo-
 dum fidei Christianæ Symbolum, quod mul-
 to facilius, & majori Ecclesiæ detrimento
 Hist. Eccles. Tom. LIX. Ff ad

„ac substantialiter dici possit Deus, & **Sæc. XVII.**
 „omnipotens & Creator, similiterque **A. C. 1631.**

„Spiritus Sanctus: propositio est im-
 „pia, blasphema, individuæ Trinita-
 „tis destructiva, & pridem in sacro &
 „Oecumenico Nicæno Concilio trecen-
 „torum decem & octo Episcoporum ad-
 „versus Arii impietatem damnata, qua-
 „tenus autem soli Patri creationem at-
 „tribuit, nova est, temeraria, erronea,
 „contra communem Ecclesiæ, Patrum
 „ac Theologorum omnium sensum pro-
 „bata, cum hætenus receptum sit tan-
 „quam inviolabile decretum, omnes
 „Trinitatis actiones ad extra esse in-
 „divisibiliter toti Trinitati communes.”

Articulus II. *Et in Jesum Christum,*
filium ejus unicum Dominum nostrum.

Censura. „Tota hæc propositio ca-
 „ptiosa est & fallax. 1. In quantum
 „omittit Jesum Christum filium ejus na-
 „turalem & consubstantialem Patri,
 „sic enim periculosa est, & doctrinam
 „inducit hæreticam, sæpius ab Eccle-
 „sia in Conciliis Nicæno, Ephesino &
 „Francofordienfi præsentate Carolo ma-
 „gno damnatam. 2. Ratione particu-
 „læ *unicum* omiffa præsertim consub-
 „stantialis aut Naturalis: sic enim qua-
 „tenus propositio etiam extenditur ad
 „filios adoptivos, de quibus ipse Domi-
 „nus Pfal. 81. 6. ait. Ego dixi, dii estis

Ff 2

„&

Sæc. XVII. „& filii excelsi omnes: & Apostolus
 A. C. 1631. „ad Rom. 8. quicumque Spiritu Dei
 „aguntur, ii sunt filii Dei &c. si autem
 „filii & hæredes quidem Dei, cohære-
 „des autem Christi: falsa est, piam
 „aurium offensiva, & iustis omnibus
 „& Sanctis injuriosa. 3. Quatenus
 „esse Dominum, quod indivisa pro-
 „prietate tribus divinis Personis æqua-
 „liter convenit, soli Filio attribuit, ob-
 „liquè insinuans, unicam esse divinam
 „Personam, quæ modo Patris, modo
 „Filii, modo Spiritus sancti appella-
 „tione significetur, hoc jam pridem ad-
 „versus Sabellium univèrsa Ecclesi-
 „tanquam impium atque hæreticum
 „damnavit. „

Articulus III. *Qui conceptus est
 Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine*
Censura. „Tota hæc propositio
 „quivocatione laborat, quæ inducere
 „potest in hæresim propter propositio-
 „nes de & ex; & quia ordinariè in-
 „bitudinem importat principii compo-
 „nentis, juxta quam innuitur Do-
 „num nostrum de substantia Spiritus
 „sancti factum esse, & ita Spiritus
 „sanctam vere dici posse Patrem Christi
 „ideo propositio in hoc sensu falsa est
 „scandalosa, hæretica, & divinarum
 „originum confusionem atque ever-
 „sionem inducens, similiter quoniam

„particula de, quam particula ex, con-
 „sueti more loquendi habitudinem
 „prioris & posterioris includit, & ea-
 „tenus insinuare videtur Christum po-
 „steriorem esse Spiritu sancto, & ante
 „Mariam non fuisse, quod pridem ad-
 „versus Nestorium, tanquam falsum
 „& hæreticum damnatum est; ideo
 „propositio hoc sensu intellecta hære-
 „tica est, denique si ita Christus dici-
 „tur natus ex Maria Virgine, ut quid-
 „quid in Christo est ex ea natum statua-
 „tur, quasi Beata Virgo etiam vere di-
 „ci possit Mater divinitatis; in hoc
 „sensu propositio falsa, atque hæretica
 „est, & in consequentia valde peri-
 „culosa. „

Sæc. XVII.

A. C. 1631.

Articulus IV. *Passus sub Pontio Pi-
 lato, crucifixus, mortuus & sepultus.*

Censura. „Hæc propositio ambigua
 „est, & aliquo sensu hæretica, nam
 „cum proprie in ceteris rebus ita
 „actiones & passiones sunt supposito-
 „rum, ut etiam naturæ, cujus propria
 „est hypostasis, attribuantur, & ob
 „hanc causam, mortua vel abscissa ma-
 „nu non recte propterea homo mortuus
 „dicatur, nisi ipsa natura humana dis-
 „solvatur; ideo periculosa est proposi-
 „tio, & juxta obvium illum sensum in-
 „tellecta, quasi divinitas aliquid passa,
 Ff 3 aut

Sæc. XVII. „aut mortua fuerit, non solum hære-
 A. C. 1631. „tica, sed & impia & blasphema. „

Articulus V. *Descendit ad inferos,
 tertia die resurrexit a mortuis.*

Censura. „In hac propositione, quæ
 „tenus verbum *descendit* relatum ad
 „Personam Christi, insinuare videtur,
 „ipsam quoque divinitatem ad inferos
 „descendisse, cum tamen divinitas pro-
 „pter immensitatem ubique existens
 „moveri non possit a loco in locum,
 „ac proinde non ascendere in cælum,
 „nec ad inferos descendere; ideo pe-
 „riculosa est, & inducere potest in er-
 „rorem, intellecta vero de anima Christi
 „si sensus etiam sit, animam Christi ad
 „pœnas inferni descendisse, & eas re-
 „ipsa sustinuisse, propositio est hære-
 „tica, scandalosa, piarum aurium ob-
 „fensiva, & ex Calvini doctrina. Lib.
 „2. inst. cap. 16. §. 10. desumpta. „

Articulus VI. *Ascendit ad cælos, se-
 det ad dexteram Dei Patris omnipotentis.*

Censura. „Ista quoque propositio
 „intellecta de Ascensione Christi in cæ-
 „lum secundum divinitatem, perinde
 „ac superior falsa & erronea est; quæ
 „tenus autem asserit Christum sedere
 „& indefinite, ac proinde etiam un-
 „iversaliter id pro omni tempore statu-
 „re videtur: ideo si ita intelligatur Chri-
 „stum semper sedere, ut neque stet
 „quam

„quam, neque etiam aliquando de loco **Sæc. XVII.**
 „in locum moveatur; cum & Act. 7. **A. C. 1631.**

„55. Stephanus stantem eum in cœlo
 „viderit; & Joannes in Apoc. c. 14. 4.
 „de Virginibus dicat, eas Agnum per-
 „petuo sequi quocunque ierit; propo-
 „sitis sic intellecta temeraria est, &
 „expressio Dei verbo contraria, deni-
 „que in quantum hæc eadem propo-
 „sitis Deo Patri etiam dexteram attri-
 „buit, Anthropomorphitarum hæresim
 „redolet, & in eorum errorem inducit. „

Articulus VII. *Inde venturus est ju-
 dicare vivos & mortuos.*

Censura. „Ista propositio quatenus
 „ita asserit Christum judicaturum esse
 „vivos & mortuos, ut negare videat-
 „ur Patrem & Spiritum Sanctum esse
 „judicaturos, cum hæc actio supremæ
 „atque adeo divinæ authoritatis sit,
 „eaque externa, ac proinde toti Tri-
 „nitati communis. Ideoque propositio
 „hac ratione ad solam personam Christi,
 „multoque magis ad solam ejus natu-
 „ram humanam limitata, falsa, teme-
 „raria & erronea est. Quatenus au-
 „tem eadem quoque propositio asserit,
 „Christum judicaturum esse non solum
 „mortuos sed etiam vivos, ambigua
 „est, & fallax, unde si sensus est, quos-
 „dam homines non esse morituros, eos-
 „que non prius vita defunctos ad judi-
 „cium

Sæc. XVII. „cium esse perducendos, propositio-
 A. C. 1631. „va est, temeraria, falsa, & erronea,
 „necnon verbo Dei, & communi Pa-
 „trum, totiusque Ecclesiæ sensui con-
 „traria. „

Articulus VIII. *Credo in Spiritum
 Sanctum.*

Censura. „Hæc propositio maligne
 „proposita est, & ex affectata brevitate
 „merito suspecta haberi potest; subdole
 „enim Spiritus Sancti Divinitatem
 „ejusque a Patre & Filio processione
 „tacet, proinde Arianam hæresim re-
 „dolet, schismati Græcorum oblique
 „favet, individuamque Trinitatem dis-
 „solvit. Denique tota explicatio Divi-
 „næ atque individue Trinitatis, octo
 „istis articulis comprehensa, manca &
 „periculosa est, avertitque fidelem po-
 „pulum a cultu & reverentia tribus di-
 „vinis Personis indivise, atque insepa-
 „rabiliter debita: & sub prætextu bre-
 „vitatæ, & non necessariæ explicatio-
 „nis subdole totum Trinitatis myste-
 „rium evertit, cum tamen perfecta epi-
 „& explicata fides medium sit ad he-
 „lutem necessarium, vixque tota hæc
 „doctrina excusari potest a dolo, quæ
 „nullam de Filii & Spiritus Sancti di-
 „vinitate, aut etiam æternitate, men-
 „tionem faciat, sed contrarium de Fi-
 „lio in Articulo 3. insinuet. „

Arti-

Articulus IX. *Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctam Communionem.* Sæc. XVII.
A. C. 1631.

Censura. „Propositio hæc multipli-
 „ci, periculosa æquivocatione & affe-
 „ctata obscuritate errorem tegit; in-
 „primis enim ambiguum, & obscurum
 „est, quid sit credere Sanctam Eccle-
 „siam Catholicam. Et si sensus est, ad-
 „hibendam esse fidem definitionibus Ec-
 „clesiæ, cum exclusionem definitionum,
 „quæ fieri possent a solo ejus capite,
 „quasi Papa extra Concilium nihil de-
 „finire possit, quod sit de fide; propo-
 „situs est temeraria, scandalosa, & sum-
 „mo Pontifici vehementer injuriosa.
 „Deinde dubium est, quo sensu Eccle-
 „siam dicat esse sanctam: & si sensus
 „sit, in Ecclesia solos Sanctos, & non
 „multos malos contineri, propositio
 „falsa est, hæretica, & verbo Dei, com-
 „munique Patrum sensui contraria, eo-
 „demque modo rejiciendum est, quod
 „de Sanctorum communionem adjungi-
 „tur: si inter solos Sanctos bonorum
 „spiritualium communio admittatur,
 „cum fide certum sit, omnes, qui in
 „Ecclesia sunt, tam bonos quam ma-
 „los, in bonorum spiritualium saltem
 „aliquorum participatione uniri. At si
 „per communionem Sanctorum, non
 „tantum bonorum spiritualium, sed quo-
 „rumcunque etiam aliorum communio
 „in-

Sæc. XVII. „intelligeretur, propositio esset absurda
 A. C. 1631. „a fide & recta ratione aliena, & Am-
 „baptistarum confusionem induceret.

Articulus X. *Remissionem peccatorum*

Censura. „Ista quoque propositio fit
 „his generalibus terminis concepta
 „vel falsa, vel periculosa est: intellectus
 „enim de perfecta & absoluta peccato-
 „rum omnium, etiam eorum, quæ quo-
 „tidie committimus, remissione, jam
 „a Christo facta, & nobis semel in Ba-
 „ptismo applicata, hoc sensu hæretica
 „est, & Sacramenti Pœnitentiæ de-
 „structiva. „

Articulus XI. *Carnis resurrectionem*

Censura. „Si intelligatur de resur-
 „rectione quasi jam facta, & amplius
 „non sit futura, propositio hæretica est
 „jam olim ab Hymæneo & Phileto a-
 „serta, & ab ipso Apostolo Paulo 2. ad
 „Tim. 2. 18. damnata, intellecta ven-
 „de resurrectione futura, sed carnis
 „animali, hoc est, quæ iisdem animæ
 „libus desideriis, operationibus, &
 „necessitatibus subjecta sit, propositio
 „falsa atque erronea est, & Mahome-
 „tis impietatem sapit contra expressam
 „verbi divini auctoritatem. 1. Cor. 15.
 „v. 43. & sequentibus. „

Articulus XII. *Vitam æternam.*

Censura. „Hæc propositio quatenus
 „indefinite proponitur, atque ita non
 „veritas

„verfaliter extenditur ad omnes, ex-
 „cludendo mortem æternam, qua in-
 „iusti punientur, falſa, ſcandalofa, &
 „hæretica eſt, januamque vitiis omni-
 „bus aperit, & Deïſtarum hujus tem-
 „poris impietatem atque infaniam ſapit.„

Sæc. XVII.
 A. C. 1632.

Postquam Theophilus peſſimam
 hanc occupationem abſolverat, ean-
 dem apud Lectorem abſdubio graviter
 offeſum honeſtare nitebatur, addita
 hac declaratione.

Ad Lectorem.

*Hæc debes cenſuræ Pariſienſi (Chri-
 ſtiane Lector) quod poſſis certiffimos Sym-
 boli articulos, Divinæ fidei Regulas, in
 pravos & hæreticos ſenſus facile detorque-
 re. Eadem enim methodo, iisdem ſenten-
 tiis, imo etiam ut plurimum verbis propo-
 ſitiones Apoſtolicas temeritatis, erroris, &
 hæreſis damnavimus, quibus Magiſtri noſtri
 Anglicana pronuntiata conſixerunt. Quod
 ſi id in iſta Symboli cenſura non probas, Aca-
 demico Senatui ne ſubſcribito. Vale.*

Prodiit primum hæc cenſura Lu-
 gduni anno Chriſti milleſimo ſexcen-
 teſimo quinquageſimo tertio, & quidem
 cum permiſſu P. Caroli Sangrii Socie-
 tatis Jeſu Vicarii Generalis Romæ die
 vigefima Septembris anno Salutis no-
 ſtræ milleſimo ſexcentefimo quadrage-
 ſimo

*Index libr.
 prohib. Be-
 ned. XIV.
 pag. 225.*

Sæc. XVII. simo tertio, Ceterum hæc lucubrati-
 A. C. 1631. utpote a plurimis suppressa & a sacra
 Indicis Congregatione die decima Junii
 anno 1659. damnata, & inter libros
 prohibitos rejecta, admodum rara eve-
 ferat, & utinam pro Societatis hono-
 tuendo nunquam publicam aspexisse
 lucem? verum, (quis crederet) sexto
 post anno millesimo sexcentesimo
 sexagesimo quinto novis typis rursum
 in ejusdem Patris Theophili operibus
 Lugduni editis recens inserta adhuc
 dum habetur.

Pag. 197.

§. XXIII.

*Universitatis Parisinæ oppositio ad
 versus Collegium Cenomanense.*

*Argentre
 l. c. p. 355.
 Comment.
 Univers.
 Paris. p. 176.*

Dudum inter Parisinam Universita-
 tem, Regiumque Senatum & in-
 ter Cenomanensis Collegii Jesuitas con-
 tentio servebat: Hi enim jam ante se-
 ptem annos ab ejusdem Diæcesis Epi-
 scopo præfatum Collegium olim pro e-
 jusdem Urbis Universitate a Cardinali
 Luxemburgensi fundata pretio trium
 & triginta librarum millium, coeme-
 rant: repugnante autem Universitate
 ac Regio Senatu ab hoc contractu re-
 cesserunt, quem tamen hujus anni Men-
 se Octobri innovarunt, ea lege, ut in
 eadem Urbe Palatium, in quo Episco-
 pus

pus deinceps resideret, exemptionis pre- Sæc. XVII.
 tio erigeretur. Inde vero recruduit A. C. 1631.
 Parisinæ Universitatis oppositio, & qui-
 dem die decima tertia Novembris Re-
 ctor, Decanus, ceterique Doctores da-
 tis ad Cenomanensem Senatam literis
 eundem incitabant, ut sese huic em-
 ptioni opponeret, eoquod adversus di-
 vinas, humanasque leges ex paupe-
 rum patrimonio quæstus fieret, nec ulla
 unquam fundatio deinceps adeo sancta
 foret, quin non ejusmodi contractu e-
 verti posset: indignum quoque foret, Diæ-
 cesis Seminarium hac alienatione abole-
 ri. Insuper iidem die decima tertia De-
 cembris ad Ecclesiæ Cenomanensis De-
 canum, Canonicos, totumque Capi-
 tulum sequentes transmisere literas:
*Quod ceteris Galliarum Academiis, quod
 omnium hominum generi significatura est
 Studiorum universitas Parisiensis, hoc vo-
 bis, viri Venerabiles, præcipue nuntiamus:
 ut qui ad ejus clavum sedetis, cujus res
 agitur, cujusque periculum, vobiscum ipsi
 statuatis, quo tandem animo novam, quam
 depellere potestis injuriam; ab Ecclesia Cæ-
 nomana accipiendam putetis. Qui se Je-
 suitas nominant rem insignis Ecclesiæ ve-
 stræ publicam & nostram nacti, qui rem
 sacram fidei suæ commissam vendere non
 dubitaret, Collegium Cenomanense ab Epi-
 scopo vestro Religiosi homines emerunt: ea
 præ-*

Sæc. XVII. præcipue conditione, ut pro ædibus Lutetiae
 A. C. 1631. randis, in quibus Episcopus vester habitabat
 librarum Turonensium triginta tria millia
 impendant. Alumnorum statum, & legi-
 timum numerum imminuunt, plane medium
 tollunt, ni totum potius extinguunt, quam
 in suam manum, potestatemque convertunt.
 Fit eis ædium sacrarum, quæ in isto Col-
 legio egregiæ sunt subruendarum potestas
 reique nostræ ac vestræ, quæ Episcoporum
 Cænomanensium curæ mandata fuerat, ju-
 & arbitrium eis adjungitur: id quidem
 ipsum ante sex annos moliti fuerant, inito
 cum eodem illo Episcopo vestro sanctissimo
 pactione, quam, cum eos ad summi Senatus
 iudicium vocavisset, irritam ipsi fecerunt,
 eaque se desistere publica manu testati sunt,
 nobisque denuntiarunt. Cujus rei præse-
 tem, recentemque memoriam, cum puta-
 rent funditus excidisse homines cupiditate
 cæci, ecce renovatam cum eodem Episcopo
 compositionem sigilli Regii administris of-
 ferunt, verbum de Senatus Parisiensis, de-
 que sua cessione nullum faciunt, ea fraude
 postulatum extorquent. Jam injusta pos-
 sessione, in quam invadere conati sunt, ex-
 omnia alumnorum Collegii consensione, no-
 stroque consilio retardantur, misimus ad Ro-
 gem optimum atque justissimum viros egre-
 gios, qui læta nobis omnia retulerunt, ni-
 hil Jesuitas per fraudem, nihil præter ju-
 dicioz morem impetraturos, nobis ju-
 futu-

futurum nostrum integrum, & unicuique Sæc. XVII.
 suum, nihil inaudita parte, cujuscunque A. C. 1631.
 res ageretur, de tota re decernendum. Quæ
 nobis non modo spes, sed prope certa victo-
 ria pronuntiata est adversus eos certantibus,
 qui quantum latebris merito gaudent, &
 cæcis artibus fidunt, tantum lucem atque
 omnem recte agendi rationem adversantur.
 Tabulas decreti nostri, & quas jam edidi-
 mus literas mittimus, item Consistoriani
 judicii exemplum. Cetera, quæ in eam
 rem postea proferentur, vobiscum, viri
 Venerabiles, communicabimus, si modo nos
 vobis id gratum facturos esse significaveritis.
 Vestrum est quantum ad ejus Ecclesie, cu-
 jus in præsidio statis, injuriam pertineat,
 insolens ista Jesuitarum molitio etiam at-
 que etiam cogitare. Nobis certe constitu-
 tum est, quam juris obtinendi spem Rex
 Sanctissimus ostendit, eam sedulo persequi,
 neque committere, ut opes sustinendæ vestra-
 tum studiosorum inopiæ dicatas, rem sa-
 cram fidei nostræ traditam mortalium om-
 nium cupidissimi turpi atque adeo legibus
 vetito commercio mancipatam tacitis &
 quiescentibus nobis usurpent. Valet Viri
 Venerabiles & Ecclesie vestræ commodis
 atque dignitati favete.

Anno autem sequenti die tertia Au-
 gusti omnes Facultatis Doctores Maril-
 lacum Regii Sigilli Custodem, ut opera
 suam in Cenomanensi negotio Univer-
 sitati

Sæc. XVII. sitati apud Regem impenderet, suppli-
A. C. 1631. ces adibant. Hic vero eisdem aucto-
 exstitit, ut Doctorum potissimi ad Sac-
 ctum Germanum in Laya proficiscere-
 tur, & Regi, necnon Richelio Card-
 nali & Pro-Cancellario causam hanc
 commendarent, porrectoque libello sup-
 plici Universitatis querelas, necnon
 contractus vitia, quæ ex parte contra-
 hentium & rei venditæ conditione
 intervenissent, exponerent. Priusquam
 vero Facultas Regem adiret, suadente
 Thuano libellorum supplicum Magistra-
 tam in contractus, quam foundationem
 literas inquisivit, ipsamque Decanum
 Syndicum, septemque alios Doctores
 selegit, qui foundationem Collegii Ce-
 nomanensis cum contractu inter Jezu-
 tas & Episcopum inito conferrent, in-
 spicerentque, in quibus hic vitiosus
 atque illicitus vel omnino simoniacus
 esset. Hi autem die decima octa-
 va Augusti coram Facultate exposue-
 runt, „se quidem contractum in plu-
 „ribus articulis reperisse, simoniam re-
 „dolere, tantaque industria confra-
 „ctum, ut a malæ fidei vitiis vix pejus
 „& vitiosior possit excogitari, magno
 „pere tamen desiderare, ut satis tem-
 „poris sibi concederetur ad detegendas
 „fraudes, quibus scatet dictus contra-
 „ctus,

„ctus, eaque ratione suam sententiam Sæc. XVII.
 „validioribus rationibus stabilire pos- A. C. 1631.
 „sent.

Interim die prima Septembris Fa-
 cultas in publicis comitiis Filelacum,
 emeritum Facultatis Decanum roga-
 bat, quatenus & ipse suam desuper
 sententiam ediceret: „Hic vero retulit,
 „Doctores nuper deputatos censuisse,
 „prædictum contractum esse illicitum,
 „injustum, illusorium, infidelem, tur-
 „pe lucrum continentem, mali exem-
 „pli contra legata pia, pauperumque
 „bona, ex consequentia periculosum,
 „simoniam redolentem:„ petiit igitur,
 ut singuli sententiam suam dice-
 rent, quatenus tandem ejusmodi ne-
 gotium perficeretur: His auditis & sin-
 gulorum Magistrorum, qui ad quin-
 quagenarium numerum & amplius con-
 venerant, collectis suffragiis, censuit
 Facultas, contractum prædictum inter
 Reverendissimum Dominum de Beau-
 manoir Cœnomanensem Episcopum,
 & Jesuitas initum pro prætensa unione
 (quæ vera venditio esset) Collegii Cœ-
 nomanensis cum Collegio Claromon-
 tano esse vitiosum, illicitum, illegiti-
 mum, illusorium, infidelem, injustum,
 turpem, irreligiosum, ac denique si-
 moniacum, proindeque nullum jus
 posse in ipsos Jesuitas transfundere.

Hist. Eccles. Tom. LIX.

Gg Hæc

Sæc. XVII.

A. C. 1631. ut tamen aliquatenus injustitiæ labem a se amolirentur, vix quatuordecim annorum puerum in eorum Ecclesia sancti Ludovici Cathedram, unde alias sacræ Conciones fiunt, die sexta Augusti conscendere, necnon latinam Orationem habere iusserant, in qua hic puer demonstrare docebatur, nihil magis rationi esse consonum, quam si Collegium Claromontanum, de quo lisis sanctiori Senatu, Jesuitis, quorum conatibus *homines duntaxat mali vel improbi* obliterent, attribueretur: Recomperto mox altera die, Rectore desuper graviter querente, omnes & singuli confuere, hac de re consulendum esse sacrum Theologorum Ordinem, *an videlicet querendum sit apud Archiepiscopum Parisiensem de hac re prorsus insolenti, quod quibus nullis sacris initiatus, e sacris Cathedris hæc pronuntiarit.*

Tandem Theologicæ Facultatis Doctores numero quadraginta veste solenni induti Regem, & Richelium Cardinalem apud S. Germanum die decima ejusdem Mensis adiere, de hoc ausu & præfati contractus vitiis querentes, quibus Rex respondit: *petitiones vestras scripto mandatas Thuano porrigite*, quo facto Sanctior Regis Senatus, auctore eodem Thuano, sacræ Facultatis

cultatis postulata admisit, rataque ha- Sæc. XVII.
 buit: Facultas vero quosdam selegit A. C. 1631.
 Doctores, qui in Romana Curia age-
 rent, ne Jesuitæ circa hunc contra-
 ctum dispensationem a Pontifice ex-
 torquerent.

§. XXIV.

*Congregatio Jesuitissarum ab Urba-
 no VIII. Pontifice suppressa.*

Sedente Mutio Vitelescho Generali *Bullar.*
 Societatis Præposito suscitabatur Je- *magn. Ur-*
 suitissarum Ordo. Hic originem suam *ban. VIII.*
 debet Mariæ de Ward, & Tuitiæ, *Const. 110.*
 quæ in Anglia quasdam Virgines con- *Et Bene-*
 gregans, novum Institutum, cui ab *dicti XIV.*
 originis loco Anglicarum Virginum no- *Const. 8.*
 men hodie est, erigere statuit: *tom. 18.*
 Postquam vero Warda unacum suis se- *Abrege de*
 quacibus ex Angliæ Regno exulare ju- *l'hist. Eccl.*
 bebatur, anno Christi millesimo sex- *t. 10. p. 10.*
 centesimo nono Audomaropoli pluri- *Selva hist.*
 marum Virginum convictum aperuit; *de Dom.*
 demumque sedem in Germania sivit, a *Inigo l. 7.*
 Maximiliano I. Bavarix Electore per- *Bened. XIV.*
 benigne excepta, brevique temporis *in una Au-*
 intervallo plures domos citra ullam *gustan.*
 Sedis Apostolicæ approbationem in *Episc. Aug.*
 Collegiorum normam erexit, ac mo- *anno 1747.*
 deratore P. Gerardo Leodiensis Colle- *Heliot. Hist.*
 gii Rectore usa, Leodii, Treviris, Co- *des Ord. Re-*
 loniæ, *lig. part. 5.*
c. 6. t. 7.
pag. 491.

Sæc. XVII. loniæ, imo & in non paucis Italiæ locis Institutum suum propagavit: Vocantur Jesuiti, partim quia a Societate Jesu in Spiritus sui directione dependebant, partim quod illarum Constitutiones, totaque Instituti sui ratio admodum consona esset Societatis legibus; quippe præter vestitum nigrum suas ædes in Novitiatum, & Probationum domus necnon Collegia distribuebant, creabant quoque Generalem Præpositam, Visitatrices, Rectrices &c. in quarum manibus obedientiæ, paupertatis, & Castitatis vota nunciabant, addita singulari hac instituti lege, ut nullo clausuræ fræno restrictæ in Angliam, aliasque regiones & fines pro libitu divagarentur, eo sine ut hujus Regni, aliorumque Protestantium ad Ecclesiæ Romanæ fidem redirent, Puellasque in pietatis exercitiis, aliisque sui sexus laboribus instructerent. Regnante Gregorio XV. anno hujus Sæculi vigesimo primo Maria Wartha Romam venit, instituti confirmationem a Sede Apostolica impetratura: tertio autem post anno, dum Cleri Anglicani Procurator ex novo hoc instituto ingens Missionibus detrimentum accedere querebatur, hujus causæ discussio Milino Cardinali commissa est; ubi vero hæ Virgines inco-

sulto Clesſelio Cardinale Epifcopo Vien- Sæc. XVII.
 næ ejusmodi Domum aperuerant, eo A. C. 1631.
 Romam queſtum recurrente, Cardina-
 lium negotiis fidei propagandæ præpo-
 ſitorum Congregatio, annuente etiam
 Urbano VIII. decrevit, ut Apoſtolicæ
 Sedis Nuntiis præſati Inſtituti everſio,
 erectarumque domuum extirpatio &
 ſuppreſſio demandaretur, ſimulque So-
 cietatis Generali injunctum, ut harum
 Virginum directionem, ſuis ſubditis
 omnino interdiceret. Porro vi hujus
 decreti plurima ejusmodi Collegia non
 modo in Germania, ſed & in Italia
 fuere ſuppreſſa, reſiſtente autem Maria
 Urbanus Papa totius negotii cognitio-
 nem ad Congregationem Cardinalium
 ſancti Officii remiſſit, ex cujus judicio
 ac ſententia idem Pontifex die decima
 tertia Januarii hanc Jeſuitiſſarum Con-
 gregationem perpetuo penitusque abo-
 levit, omnesque earum Superiores ſuis
 Officiis exiit, votis ſolvit, inhibuitque
 ſub anathematis pœna, ne ſe pro Re-
 ligioſis haberent, aut alias deinceps
 Virgines ad hoc Inſtitutum reciperent.
 Tam ſeveræ ſententiæ tum minime ſe
 ſe opponebant Jeſuitæ, veriti, ne tela
 non minus acuta in eos reciderent: pro-
 greſſu autem temporis novum coaluit
 inſtitutum quarundam Virginum, quæ
 in variis urbibus per Angliam, Bel-
 gium-

Vid. ſupra
 l. 188. t. 54.
 §. 86. p. 467.

Sæc. XVII. giumque constitutæ passim Anglicanæ
 A. C. 1631. dicebantur. Harum particulares Con-
 stituciones ad plurium Germaniæ Præ-
 sulum Principumque preces Innoce-
 tius XII. approbavit, confirmavitque
 Clemens XI. Non tamen ideo quorum-
 dam cessabant molimina, qui clam
 Jesuitissarum institutum resuscitare ni-
 terentur; cum enim in remotioribus
 locis adhucdum superessent Collegia
 quædam ejusmodi Virginum, quæ, ut
 sensim antiquum institutum innovarent
 Præsulumque vigilantiam eluderent,
 mutato Jesuitissarum nomine sese An-
 glicanas Virgines nominarunt, tandem
 que anno millesimo sexcentesimo nona-
 gesimo tertio haud dissimulanter An-
 nam Barbaram Batorp Mindelheimen-
 sis Asceterii Moderatricem in Præposi-
 tam Generalem, reclamantibus aliis
 ejusmodi Asceteriis præcipue Parisiensis
 elegerunt, seque veras esse Religiosas
 ab Ordinarii jurisdictione exemptas
 contenderunt: Quamvis vero Sacra
 Episcoporum & Regularium Congrega-
 tio contrarium deciderit, Constitutio-
 nibus tamen a Clemente XI. approbatis
 proprio arbitrio addidere quasdam
clarationes, in quibus Maria War-
 Anglicanarum Virginum *Mater & Pro-*
datrix Venerabilis falso nuncupatur
 ipsarum institutum ad imitationem Je-
 suitarum

fuitarum erectum dicitur, præter Su-
 periorem localem Præposita Generalis, Sæc. XVII.
A. C. 1631.
 cui vota nuncuparent, designatur, soli
 Jesuitæ in Directores & Confessarios
 præscribuntur, totumque Jesuitarum
 institutum, excepto solo nomine, in-
 novatur: quinimo non deerant non-
 nulli, qui hujus instituti similitudine,
 necnon Constitutionum approbatione
 decepti affirmarent, restitutum fuisse
 Jesuitarum institutum, Urbanique
 Pontificis Constitutionem abrogatam:
 Nimis manifesta erat hæc transgressio,
 ut vigilantissimi Pontificis aciem effu-
 gere posset: accesserant insuper anno
 Christi millesimo septingentesimo qua-
 dragesimo sexto Hassiæ Landgravii
 querelæ, quarum occasione exactius
 discutiebantur præfatæ declarationes,
 novæque Constitutiones ab illis, quas
 Clemens XI. pro Monacensi cætu con-
 firmaverat, diversæ; offenderat arro-
 gata exemptio ab Episcoporum juris-
 dictione, prætensa Confessarios & Di-
 rectores e sola Societate eligendi liber-
 tas, necnon in publicis earum preci-
 bus cultus Mariæ de Warth proprio ar-
 bitrio introductus; quippe in earum
 Litaniis hæc verba: *S. Ignati fidelis Tu-
 tor Fundatricis nostræ*, necnon Litaniis
 omnium Sanctorum, *e Societate Jesu*
 nomina addita habebantur. Eapropter
 Gg 4 idem

Sæc. XVII. idem Pontifex Benedictus XIV. edita
A. C. 1631. Constitutione die trigesima Aprilis an-
 no Domini millesimo septingentesimo
 quadragesimo nono Jesuitarum insti-
 tutum a Clemente XI. fuisse resuscita-
 tum, asseri, vel Mariam de War-
 cultu publico vel Beatæ titulo, vel pe-
 negyri, aut Missa votiva in ejus die
 obitus honorari, aut Anglicarum Vir-
 ginum Fundatricem nuncupari inhibuit
 declaravitque, Anglicanarum Virginum
 institutum nullo modo ad Jesuitarum
 institutum pertinere, illas vero non
 esse vere Religiosas, sed duntaxat sim-
 plicibus votis obstrictas, Ordinarium
 jurisdictioni subjectas, atque ab eorum
 Confessariorum deputatione depen-
 dentes.

§. XXV.

*Reformationis executio apud Silesiam
 & Bohemos.*

Khevenh.
Annal. Ferd.
p. 1992. t. II.
Lotich. rer.
Germ. l. 38.
cap. 4.

Novi Protestantium motus haud mo-
 rabantur Ferdinandum Cæsarem
 quo minus immoto Religionis studio
 subditos suos a sectæ tenebris ad veram
 fidei lumen revocare niteretur. Eo tem-
 pore Henrico Baroni de Nebra, qui se-
 premus in Schweidnicensi & Javaren-
 Ducatu militiæ Præfectus erat, in man-
 datis dedit, ut Strigaviæ edictum po-
 blar

blice affigeret, cuius summa hæc erat: Sæc. XVII.
A. C. 1631.
 „Quantumvis cives Cæsari promississent,
 „quod a Prædicantium suorum concio-
 „nibus abstinere, atque Religionis Ca-
 „tholicæ veritates ab eruditis Viris
 „haurire vellent, nihilominus consta-
 „ret, quod violata promissi fide turma-
 „tim ad Prædicantes suos excurrerent,
 „Catholicæ Religionis exercitia partim
 „ex contumacia, partim negligentia
 „contemnerent, fidemque veram semel
 „agnitam rursus ejurare quærerent, hinc
 „statutum sciant, quod Judex Regius
 „omnes cives privilegiis, hæreditatibus
 „& Legatis excludere teneatur, donec
 „percepta sacra synaxi se in Religione
 „Catholica semel assumpta constantes
 „fore probaverint: contumaces vero
 „emigrare haud permittat, nisi prius
 „decimam bonorum partem pro more
 „Cæsari numerarint, creditoribus satis-
 „fecerint, liberos suos & quidem ma-
 „sculos nondum octodecim & femellas
 „undecim annos natas, unacum legiti-
 „ma pro eis portione reliquerint, pol-
 „liciti, se nunquam in Silesiam reditu-
 „ros: qui vero a Religione Catholica
 „resilierint, intra mensis spatium emi-
 „grent, secus custodiæ dandi, nec inde
 „liberandi, nisi plene in fide Catholica
 „prius fuerint instituti. „

Sæc. XVII.

A. C. 1631.

Cum autem Joachimicæ Vallis incolæ in Bohemia ceteris petulantibus contumaciam suam proderent, hic Colobratius & Wahlius Cæsaris Legati unacum quinquaginta militibus eo processerunt, civibusque fortiter resistens adhibita vi in ædes perruperunt. Id iniquius ferebant incolæ, jamque Cæsareos aggredi parabant, ut erga sanguini parceretur, Legati in mandatis dedere, ut milites relictis civium ædibus in publico diverforio subsisterent. Altera die undecima Martii Legati incolis omnibus una congregati præceperunt, ut intra tridui spatium ad Catholicam fidem reverterentur, secus bonis & patria privandi: illi vero, qui duodecimum ætatis annum attigerant, indicta pecuniarum poenâ injunctum, ut sacro interessent. Verum civium plerique clam urbe excesserunt, ceteri autem comparere jussi, responderunt, se cum reliquis parem expertere sortem. Unde Legati Consularem & Prætorem missis sex satellitibus evocarunt, hic autem ad alias ædes jam profugerat, ibidemque quæsitus demum fuga sibi consuluit: milites vero civium pertinacia exacerbati obvios octo incultas furiosius resistentes fustibus & pugnis coram Legatis ac duobus Jentis sistunt, quo comperto cives in for-

concurrunt, militesque, qui eos dissi- Sæc. XVII.
 pare nitebantur, aggrediuntur; pro- A. C. 1631.
 stratus ex civibus unus, vulnerantur
 alii; augetur inde civium furor, qui
 milites denso lapidum grandine ob-
 ruunt, plures trucidant, ceteros in fu-
 gam agunt. Hoc successu elati cives,
 uno agmine in milites irruunt, eosque
 in Curiam propellunt, nec inde recep-
 suros, nisi una omnes trucidassent: Le-
 gati tamen hosce furibundos placare
 intenti, per fecialem eis nuntiari jus-
 sere, ut ab ulteriore violentia abstine-
 rent, eoquod Legati vicissim, illos haud
 ultra esse molestandos, publicæ fidei
 literis caverent. Hac ratione tumul-
 tus resedit, atque Legati, & milites
 unacum Jesuitis innoxie abierunt, Ca-
 tholici pariter cives armatam Secta-
 riorum plebem veriti, patria excessere:
 Id ubi rescivit Ferdinandus Cæsar,
 hisce factiosis indicari præcepit, nil
 ipsis dein timendum fore, dummodo
 quiete subsisterent, & Catholicos alio
 dilapsos reciperent: graviora enim ma-
 la verebatur Cæsar, Sueco sat vicino,
 & factiosorum aliquot millibus jamjam
 ad arma convolantibus: sensim tamen
 hæ turbæ fuerunt extinctæ.

Sæc. XVII.

A. C. 1631.

§. XXVI.

*Continuata Reformatio Augustæ
aliisque in locis.**Acta re-
form. Aug.
pag. 639.*

Postquam Lutherani jussu Henrici Episcopi per Mathæum Wanner Cellarium & Joannem Schad de Belmont Cathed. Canonicum Catholicis Ecclesiis & præcipue die prima Maji anni prioris Canonicis ad S. Crucem Ecclesiam S. Othmari unacum clauibus reddiderant, pari studio Catholicæ Religionis restauratio hoc anno Augustæ urgebatur, & quidem die vigesima tertia Januarii Senatus Protestantium Scholarchos suis amovit officiis eoquod nonnullos ad ejusmodi munus minime idoneos elegissent, alios vero inconsultis Scholarchis Religione Catholicis suo spoliassent officio. Eodem etiam Mense Duumviri, utpote Cæsarum rei Executores nominati, Tabellariis ut unacum uxoribus, liberis & ancillis suis Catholicorum Conciones frequentarent, præceperant, necnon Strassburgianæ foundationis Administratoribus & Eleemosynarum Præfectis injunxerunt ut præfatæ foundationis literas traderent, necnon Eleemosynas Catholicis vel Protestantibus Cæsareo edicto moderantibus distribuerent: cum au-

tem hi mandato morem gerere recusa-^{Sæc. XVII.}
 rent, hinc sua administratione privati ^{A. C. 1631.}
 sunt: Die duodecima Februarii Sena-
 tus cunctis civibus promulgabat itera-
 tum Cæsaris mandatum, vi cuius om-
 nes indicta etiam pecuniarum multa
 Catholicorum conciones adire jubeban-
 tur, insuperhabita Protestantium sup-
 plicatione Ratisbonæ exhibita. Insu-
 per convocabantur die sexta Martii
 omnes textoriæ arti aggregati, ex qui-
 bus tamen numero septuaginta, non-
 nisi quinque declararunt, quod Catho-
 licorum Ecclesias frequentare parati
 essent, ceteri vero conscientia læsio-
 nem, vel haustæ doctrinae præjudicia,
 vel quæstus jacturam obtendebant, ac
 die undecima ejusdem Mensis Senatui
 exponebant, se Catholicorum Eccle-
 sias salva Religione frequentare non
 posse, eoquod hic accessus sit tessera
 fidei contrariæ, & Lutherana Religio
 a Catholicis Concionatoribus damnaretur,
 necnon juventuti periculum se-
 ductionis immineret, & Catholici pa-
 riter Anglorum Ecclesias frequentare,
 a Paulo V. fuerint prohibiti, ac demum
 Augustani Episcopi jurisdictio in Pro-
 testantes ultro agnosceretur. Verum
 Senatus hæc rationes decimo post die
 nullo negotio elisit, demonstrans, quod
 nuda Ecclesiæ & Concionum frequen-
 tatio

Sæc. XVII. tatio non ad discernendos hæreticos
A. C. 1631. Catholicis, uti olim in Anglia, sit
 ordinata, sed ut timor Dei, qui ob Verbum
 Divini, & piæ adhortationis defectum
 indies apud Protestantes Augustanus
 magis exulare videbatur, augeatur
 & A catholici Doctrinam Catholicam
 quam Prædicantes ore & calamo per
 summum nefas confictis, exosis
 sacrilegis calumniis depravarunt, in
 puritate haurire, & audita altera parte
 inter utramque doctrinam discernere
 ac judicare valeant: aliunde autem
 Protestantes ob solam concionum fre-
 quentationem pro Catholicis non ha-
 beantur, sicut nec Judæi Pragæ, Romæ
 &c. ad conciones Catholicas compelli
 pro Catholicis, nec Catholici antequam
 Augustæ ad Lutheranas præcipue Ge-
 belii acriter contra fidem Catholicam
 declamantis conciones compelli pro
 Lutheranis habebantur: præcipue cum
 ante Cæsaris mandatum Lutherani ultra
 ad Catholicorum imo & Calvinistarum
 sermones sine scandali periculo acco-
 ferint. Attamen in Protestantium an-
 tis hæ rationes adeo non valebant, ut
 etiam Mathiæ Hoe, Wittenbergenfis,
 Lipsiensis, Jenensis, Tubinganæ, Al-
 gentinensis, & Altdorsianæ Facultatis
 judicia ipsorum opinioni faventia op-
 ponerent. Comperta igitur Protestan-
 tum

tium contumacia Duumviri totum hoc Sæc. XVII.
 negotium, eorumque scripta ad Cæsa- A. C. 1631.
 rem remissere, ac die prima Augusti
 declararunt, quod juxta Cæsar's man-
 datum nova Senatus electio ad unde-
 cimam ejusdem Mensis diem sit diffe-
 renda, ut Senatores A catholici inte-
 rim vel Ecclesias Catholicorum frequen-
 tare decernerent, vel suis officiis abirent:
 His vero una omnibus scilicet viginti
 septem suamunia abdicantibus. ad Se-
 natus officia non nisi Catholici eligeban-
 tur: cum autem Rudolphus Saxola-
 venburgicus copias suas in vicinos pa-
 gos hiematum distribueret, Henricus
 Episcopus Augustanus, ne subditi sui
 a militibus vexarentur, omnibus e-
 tiam Ecclesiasticis Ordinibus indixit,
 ut per trimestre a tertio Nonas Januarii
 quavis hebdomada certam pecuniarum
 summam conferrent. Pariter Cæsarei
 edicti Executores Hornbacensem Abba-
 tiam in Bipontino Ducatu sitam Men-
 se Januario Spirensi Episcopo adjudi-
 carunt, aliaque bona, Ecclesias & mo-
 nasteria in Nassoviensi Principatu vin-
 dicarunt, quæ die septima Julii Anno
 Christi millesimo sexcentesimo trigesi-
 mo septimo Cæsar Anselmo Casimiro
 Moguntino attribuit. Ineunte autem
 Mense Julio Osnabrugensis Episcopus
 Mindæ Monialium, quæ a fide desecera-
 rant,

Sæc. XVII. rant, Abbatiam & Ecclesiam ad B
 A. C. 1631. Virginem Cæsaris auctoritate ocludi
 ac Monialibus significari iussit, ut illius
 suo monasterio abirent, illudque Jesu-
 tis cederent: Incassam hæc ab hac sen-
 tentia ad Cæsarem provocabant; unde
 Senatus pro continuanda hujus Temp-
 possessione fores per Protestantes Dis-
 conos aperiri iussit, quæ tamen rursus
 obserratæ, & a militibus custoditæ fue-
 runt, id Jesuitis a Gronsfeldio Comite
 impetrantibus: Rogabat quidem im-
 pense Senatus, ut ab ulteriore viole-
 tia abstineretur, civesque in libero sua
 sectæ exercitio relinquerentur, donec
 prævia causæ cognitione per legitimam
 sententiam eo privari possent. Verum
 horum votis Comes deferre, constan-
 ter recusabat. Hic idem Comes junctis
 cum Reinachero Cæsaris Tribuno
 ribus Bremensem Pseudo-Episcopum
 qui omnes Ecclesiasticos, Monachos
 que Verdiam expulit, aggressus est, at
 que expugnata hac urbe, & Langwe-
 delio oppido deditioe capto Bremens-
 ses copias fudit, fugavitque. Sub idem
 tempus Julius Fridericus, postquam
 Wirtenbergensis Ducatus administra-
 tionem susceperat, non modo ab om-
 nibus Abbatiarum paulo ante a Cæsa-
 reis Legatis vindicatarum subditis ho-
 magium sibi præstari petiit, sed etiam
 Abbe

Abbatibus, ut Provinciæ nomine, cen- Sæc. XVII.
sus conferrent, præcepit, omnesque A. C. 1631.
eorum proventus detineri, ablatisque
clavibus ex granariis frumentum di-
vendi iussit, pariter, ne ex sylvis suis
arbores cæderent, vel venderent, in-
hibuit, cunctosque Abbates vi compu-
lit, ut salaria Prædicantibus numera-
rent. Paulopost in Altorffensi oppido
Lutherani Sacerdotem Catholicum,
eoquod monitus e Cathedra descendere
renuerit, pedibus inde raptarunt.

§. XXVII.

*Nuptiæ Ferdinandi III. Hungariæ
Regis cum Maria Philippi IV.
Regis Sorore.*

Interim Maria Philippi III. Hispaniæ *Khevenhill.*
Regis Filia, olim Carolo Walliæ *Annal. Ferd.*
Principi destinata nunc vero meliori *t. II. p. 486.*
sorte Ferdinando III. Hungariæ Regi *Lotich. rer.*
desponsata, iter ex Hispania Viennam *Germ. c. I.*
intenderat. Jamjam die vigesima quin- *Brachel. hist.*
ta Aprilis anno hujus sæculi vigesimo *p. 179. l. 4.*
nono Madriti Regia Sponsa per Alphon-
sum Perez de Gusman Indiarum Pa-
triarcham solemnè precatatione præfato
Hungariæ Regi matrimonio juncta erat:
ingruentibus tamen variis obstaculis
ejusdem discessus usque ad diem vi-
gesimam sextam Decembris differeba-
tur, *Hh*

Hist. Eccles. Tom. LIX.

Sæc. XVII. tur, qua tandem die Madrito profecta
 A. C. 1631. est, comitantibus eam ipso Rege Phi-
 lippo IV. ejusque duobus Fratribus,
 aliisque primæ Nobilitatis Proceribus,
 atque Ecclesiasticis quamplurimis, qui
 inter numerabatur etiam Joannes de
 Palafox, Zeli Apostolici, scientiæ et
 sanctitatis fama longe celeberrimus,
 qui Reginæ a Sacellis, eandem unam
 cum fratre suo Marchione de Harin
 Viennam usque comitabatur. Die octa-
 va Februarii Barcinonem adveniens
 Sponsa, inde vero duodecima Junii
 solvens, decima nona ejusdem Mes-
 sis in Genuensem portum invecta est.
 Eo Pontifex Antonium Cardinalem
 Barbarinum Nepotem suum Reginam
 salutatum decreverat, peste autem
 Mediolani ac Bonnoniæ grassante Car-
 dinalis Spinola, qui tum Genuæ age-
 bat, hoc obsequii genus deferre jube-
 batur: tum vero Pontifex per Savel-
 lium Principem ex Dietrichsteinio Car-
 dinali, & Khevenhillero Comite scilicet
 tabatur, utrum Regina Legatum Pon-
 tificium novo nomine *Eminentissimi* ho-
 norare intenderet? cui tamen respon-
 sum, quod novum Pontificis decretum
 nec Cæsareos nec Regios Principes con-
 cerneret, aliunde vero Cæsar, qui
 hac in re agere vellet, nondum decre-
 visset. Tandem vero Regina die octava

Augusti Neapolin concessit, ubi usque Sæc. XVII.
 ad decimam octavam Decembris com- A. C. 1631.
 morata, terrestri itinere Lauretum pe-
 tiit, ibi a Thadæo Barberino, nomine
 Pontificis Regio curru excepta, die de-
 cima tertia Januarii hoc anno Anco-
 nam, ac inde Tergestum die vigesima
 sexta ejusdem Mensis pervenit, ubi ab
 Archiduce Leopoldo salutata per Ca-
 rinthiam & Styriam tandem die vigesi-
 ma sexta Februarii Viennam deducta
 est; proxima autem die matrimonium
 inter Regios sponfos mutuo consensu
 confirmatum fuit, bene precante Le-
 gato Apostolico Dietrichsteinio Cardi-
 nale, & Cæsare, totaque familia Au-
 gustissima præsentibus. Festivæ hujus
 solemnitatis lætitiâ non parum inter-
 turbabant crebræ Turcarum in Hunga-
 riam irruptiones; nuntiatum enim e-
 rat, quod hi violata nupera pace tri-
 ginta pagos incendio devastarint, ac
 inhumana crudelitate plusquam duo
 Christianorum millia in duram serviti-
 tatem abstraxerint. Accesserat insuper
 admæstitiæ cumulum Cæsareorum cla-
 des, quam Georgius Ragotius novus
 Transylvaniæ usurpator Turcarum co-
 piis suffultus, Esterhasio Hungariæ Pa-
 latino intulerat.

Hh 2

§. XXVIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

§. XXVIII.

Varice Urbani Papæ Constitutiones.

*Bullar.
Magn. Ur-
ban. VIII.
t. 4. & 5.*

Præter diploma, quo Jesuitissarum Congregatio fuit abolita, insuper hoc anno Urbanus VIII. Papa plures edidit Constitutiones, & quidem primo die trigesima prima Martii innovabat Constitutionem Sixti V. contra Astrologos Judiciarios, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ vel Pontificis, aut ejus consanguineorum vita judicia facere, necnon contra eos, qui illos desuper consulere præsumpserint. Alia Constitutione idem Pontifex die secunda Aprilis omnes licentias legendi vel retinendi libros prohibitos ab aliis, quam eodem hoc Pontifice quibuscunque concessas revocabat, simulque declarabat, quod eorum professio, qui probationis annum expressum designatum Novitiatus locum complevere, invalida sit, proin eandem abeant, tamen novi probationis anno emittant, hanc vero nullitatem post elapsum quinquennium allegantes non audiantur. Die autem septima Martii decrevit Pontifex, quod *Laici* professi Ordinis Capuccinorum præcedant ubique Novitios professos: Fratibus vero reformatis Trinitariorum die quinta Junii

Junii indulſit, ut eleemoſynas pro redemptione captivorum colligere valeant. Inhibuit etiam die decima tertia Septembris, ne Capuccini (excepta Provincia Romana) absque Cardinalis Protectoris, aut Superiorum Generalium licentia Romam accedant. Extendit quoque Pontifex die vigesima Decembris revocationem oraculorum vivæ vocis ad ejusmodi oracula etiam Cardinalibus facta, eorumque chirographo signata. Denique ut Papa Ferdinando Cæsari contra Sueciæ Regem opitulari posset, exhausto ærario Pontificio, sex decimas super omnibus Ecclesiasticis Italiæ fructibus indixit, annuentibus cunctis Cardinalibus, qui tum Romæ agebant.

§. XXIX.

*Alia decreta a S. Congregationibus
jussu ejusdem summi Pontificis
promulgata.*

Præter hæc Constitutiones insuper Pontifex Divinam Psalmodyam ad normam magis concinnam reduxit, quosdam Hymnos ad carminis vel purioris latinitatis leges revocavit, vel omnino novos facili, qua pollebat, vena fudit, lectionesque seu Sanctorum Historias ex priscis, probatisque

*S. Congreg.
Rit. Concilii
Etc. decis.*

H h 3

Aucto-

Sæc. XVII. Auctoribus recognovit, quamvis iidem,
A. C. 1631. quibus Breviarium revidendi curam,
 Pontifex commiserat, vel rigidæ crisi
 defectu, vel fontes veteres, minus te-
 men limpidos declinandi quadam re-
 ligione absterriti apocrypha quædam
 retinuisse credantur: Verum Romanæ
 Ecclesia (exceptis Psalmis & Lectio-
 nibus ex S. Scriptura depromptis) om-
 nia cetera in ejus Breviario pro divi-
 nis & Canonicis non habet. Insuper
 S. Rituum Congregatio omnibus die
 duodecima Martii inhibuit, ne ipsi per
 se aut per alios in sanctitatem & mira-
 cula alicujus defuncti informationes co-
 pere, vel ad effectum hunc extrajudi-
 cialia testimonia aut subscriptiones pro
 illius defuncti Beatificatione exquirere
 vel obtinere audeant: si autem alicui
 Superiori illius Ecclesiæ, in qua ejus
 modi Defuncti Corpus requiescit, ali-
 qua miracula &c. fuerint relata, pote-
 rit ea recipere sub sigillo secreti a rela-
 toribus tantum, in quorum gratiam
 ea contigisse narrabitur: teneantur ta-
 men, quamprimum eadem obsignata
 transmittere Episcopi loci cum expres-
 sa declaratione, quod hæc narrationes
 nullo unquam tempore faciant aliquem
 probationis gradum. Eadem quoque
 Congregatio die vigesima secunda ejus-
 dem Mensis prohibuit, ne Litanis ali-

sancti præter ibi designatos inferantur, Sæc. XVII.
 neque tempore pestis addantur Titula- A. C. 1631.
 res & Patroni Civitatis. Eodem hoc
 anno S. Rituum Congregationi a Car-
 dinale Sabellio referebatur, quod Clau-
 dius de Horto Parochiæ ad S. Cypria-
 num Diæcesis Salernitanæ Coadjutor
 præ timore & balbutie Evangelium
 sancti Joannis pronuntiare non valeat,
 ac pro suo arbitrato in fine Missæ ejus
 loco aliud Evangelium recitare soleat:
 comperta hac corruptela S. Congrega-
 tio die quinta Julii præfato Cardinali
 Sabellio rescripsit, quod talis a Missa-
 rum celebratione suspendatur, donec
 hoc Evangelium rite pronuntiare assue-
 scat. Præterea S. Congregatio Episco-
 porum & Regularium die vigesima se-
 cunda Augusti declarabat, quod Præ-
 lati Regulares votorum transgressionem
 inter casus reservatos recensere valeant.
 Occurrente etiam dubio circa Abbatum
 privilegia, die sexta Decembris S. Ri-
 tuum Congregatio decidit, quod Abbas
 licet exemptus, & habens usum Pon-
 tificalium, non possit illis uti extra Mo-
 nasterium, nisi ex licentia Ordinarii,
 ab eodemque Episcopo, non autem ab
 aliis Abbatibus semel benedictis bene-
 dictionem recipere teneatur: denique
 die vigesima ejusdem Mensis declara-
 tum, quod Episcopus deputare valeat

Sæc. XVII. Confessarium extraordinarium pro Monachialibus Regularium curæ subjectis et aliqua legitima causa, & hunc vel alterius Ordinis, vel Sacerdotem secularem idoneum; eadem quoque die a S. Congregatione Concilii decisum quod ille, qui causa honoris inimicum insequitur, & occidit, irregularitatem incurrat.

§. XXX.

Principum ac Illustrium obitus.

Khevenhill. Annal. Ferd. tom. II. p. 1939. Lotich. rer. Germ. l. 44. cap. 3. Annal. Boic. part. 3. l. 16. pag. 264. Inter Principes, qui hoc anno obiit, ceteris prior die vigesima Februarii decessit Ludovicus Fridericus Wirtembergensis Ducatus Administrator, cui successerat Julius Fridericus, qui Abates, eorumque Præfectos ad extremam redegerat paupertatem. Mensis autem Junio Maria Constantia Ferdinandi II. Cæsaris Soror, Poloniæ Regina anno ætatis quadragesimo quarto quatuor Filiorum, & unius Filie Mater fati concessit. Hanc iisdem partibus sequebatur exeunte Mense Octobris Magdalena ejusdem Cæsaris Soror, ac Cosmæ Magni Etruriæ Ducis conjugux; postquam enim Monachii Elisabetham Baviaræ Electricem salutaverat, ac Wassenburgium cum eadem profecta Passavium, Viennæ Germani-

num suum invifura, contenderat, lethali morbo correpta, ibidem æternitatis iter ingreffa est, corpore Defunctæ Secaviam in Styria translato: refert Piafecius, quod Florentinorum, qui ærarium a se in Cæſaris ſubſidia exhaustum querebantur, odium declinata, domicilium ſuum in Austriam transferre ſtatuert. Demum Mense Septembri Caroli Mantuæ Ducis Filius Dux Retelius deceſſit, ac Mense Novembri pari fato Monachii ereptus est Pfalzburgius Princeps, Carolo Lotharingæ Duci percharus, ſuique exercitus Bellidux longe clariffimus.

§. XXXI.

*Borromæus, & Didacus de Guzman
Cardinales hoc anno defuncti.*

Hoc anno Sacrum Purpuratorum Collegium nonniſi duorum Cardinalium jacturam planxerat: ex his prior Mediolani die vigefima ſecunda Septembris anno ætatis ſuæ ſexageſimo ſeptimo deceſſit Fridericus Borromæus. Hic ingenio præſtanti clarus, a teneris animum ad literas propenſum exhibebat, ſuorum tamen Magiſtrorum morofitas ingenuo juveni magnam inſpirabat librorum naufeam: tandem vero manſuetiorem nactus Borromæus, ul-

*Nic. Eryth.
Pinac. I.
pag. 264.
Ciacon. vit.
Sixti V.
pag. 186.*

H h 5

tro-

Sæc. XVII. troneis magnisque passibus omnium
 A. C. 1631. pene disciplinarum studia emensus erat.
 Philosophiæ ac Theologiæ laurea de-
 coratus. Itinere Romam facto sacris-
 que Ordinibus initiatus, tanta gravi-
 tate, oris dignitate, vultus modesti-
 morumque sanctitate eminuit, ut Di-
 Caroli Borromæi Patru sui non tar-
 nominis, quam virtutum hæres passim
 ab omnibus diceretur: Creverat in e-
 hæc sanctitatis opinio, dum vix vigin-
 tres annos natus Purpuram induit
 ipso Sixto V. Papa palam asseverante
 quod reliquos Cardinales ad unum
 alteriusve Principis preces, Fr-
 dericum vero ad universi Orbis vet-
 Collegio Purpuratorum adscripsisse.
 Tum vero conscientiæ suæ moderato-
 rem elegerat sanctum Philippum Ne-
 reum, cuius sacris colloquiis tam ad-
 duus inhæsit, ut illius anima appella-
 retur: amicos, familiaresque habu-
 cunctos, qui sanctitatis doctrinæque
 laude præstabant, quos inter præ-
 puus erat Juvenalis Ancina Salutiarius
 Episcopus sanctitatis fama illustris, et
 Philippo Nereo sanguine junctus. Ae-
 num ætatis trigessimum secundum age-
 bat Borromæus, dum a Clemente VIII.
 Mediolanensis Archiepiscopus renun-
 tiabatur, qua dignitate auctus, primo
 eo curas intendit, ut corruptos Cle-
 popu

populique mores Synodicis sanctionibus, Sæc. XVII.
 decretisque corrigeret, collapsa tem- A. C. 1631.
 pla restauraret, Dei cultum augetet,
 populumque sermone & opere pasceret:
 Viduarum quoque & pauperum Pater
 erat pientissimus, quorum indigentias
 potissimum grassante pestilentia libera-
 lissime sublevabat: Interfuit octies co-
 mitiis Pontificiis, in quibus semper
 Apostolicæ Cathedræ dignissimus cre-
 debatur, nunquam vero illam affecu-
 tus est, partim quod potius vitæ suæ
 finem accelerari, Deum rogaret, par-
 tim quod male consulta obesset aversio,
 qua passim omnes Religiosos ab omni-
 bus muniis arcebat, & eorum dunta-
 xat Sacerdotum, qui Religiosi non e-
 rant, opera utebatur, illosque, qui
 oblati vocantur, summopere diligebat,
 in oculis ferebat, officiisque & benefi-
 ciis omnibus exornabat; haud enim
 concoquere poterat, Regulares a sua
 jurisdictione, imperioque esse exem-
 ptos: unde Pontificibus semper author
 extiterat, ut illorum jura & privilegia
 per Constitutiones Apostolicas restrin-
 gerentur, sua vero auctoritas in illos
 extenderetur: quod si rerum potitus fuisset,
 absdubio executioni dedisset, *quæ
 tamen res, ait Janus Nicius Erythræus,
 maximam in Rempublicam Christianam con-
 fusionem perturbationemque induxisset.* Tan-
 dem

Sæc. XVII. dem vero Borromæus apoplexia tactus
 A. C. 1631. omnibusque morientium Sacramentis
 munitus, ut vixit, sanctissime obiit.
 Scripsit doctissimo calamo meditationes
 literaria, sermones synodales, Sacra
 colloquia, necnon tractatum de Episcopo concionante, de Christianæ me-
 tis jucunditate, de Principum favore
 & de sacris nostrorum temporum Oratoribus præter alia opuscula, quæ
 sine summa illius ingenii, doctrinæ
 eloquentiæ admiratione leguntur.

Alter erat Didacus Guzman de Hama
 qui Regio stemate fatus, aliquando
 Hispaniæ Regi a Sacellis erat, tandem
 Hispalensi Archiepiscopatu & Romano
 Purpura decoratus, Mariam Philippæ
 IV. Regis Sororem tum Hungariæ Re-
 ginam, dum Viennam ad Ferdinan-
 dum III. Maritum suum profecta erant
 comitabatur: priusquam autem Ar-
 conæ navim conscenderet, die vige-
 ma prima Januarii iter æternitatis
 ipso juventutis flore ingressus est.

§. XXXII.

*Edmundi Richerii olim Parisiæ
 cultatis Theologicæ Syndici
 obitus.*

*Argente
 Coll. Jud.
 t. 2. p. 303.*

Celebre sibi nomen ob doctrinæ no-
 tatem, fatorumque vicissitudine

in Galliis, totoque Orbe literario sibi Sæc. XVII.
 comparabat Edmundus Richerius. Hic A. C. 1631.
 Cadusæ ignobili Campaniæ oppido tam
 tenuis fortunæ parentibus ortus erat, Abrege de
 l'hist. Eccl.
 t. 10. art. 4.
 ut octodecim jamjam annos natus, li-
 teris expers aut opificio victum sibi Niceron de
 Vir. erud.
 t. 22. p. 110.
 quærere, aut paterna domo abire co-
 geretur: Prævaluit tamen in eo lite-
 rarum amor, unde Parisios delatus,
 in quodam Collegio suum Nobilibus
 famulatum præbens, residuas horas
 tam ingeniosa temporis parsimonia, tam-
 que sæcundo laboris sænore impende-
 rat, ut latinis Græcisque literis imbu-
 tus, intra trimestre ad Philosophiam
 animum intenderet, exactoque bien-
 nalis studii curriculo Magistri honore
 augetur: demum Stephani Rozæ
 Doctoris liberalitate ad pinguiorem for-
 tunam, ac Doctoratus lauream promo-
 tus, Sacrisque Ordinibus initiatus pri-
 mo humaniores literas, postea Philo-
 sophiam, ac demum Theologiam in
 Univeritate Parisina profitebatur: Eo Memoir.
 hist. par
 Anelot. t. 2.
 pag. 120.
 tempore universum Franciæ Regnum
 funesto schismate ac foedere in factio-
 nes scissum erat, ac ipsamet Sorbona
 edito decreto declarabat, quod omnes
 subditi a Regis obsequio soluti ad con-
 servandam fidem arma capessere tene-
 rentur. Huic etiam sententiæ subscri-
 pserat Richerius, magisterio usus Bou-
 chieri

Sæc. XVII.

A. C. 1631.

chieri Doctoris: paulopost tamen, ut supra Magistrum sapere videretur, communi ceterorum opinioni sese opposuit palamque propugnavit, Henricum III. ob Religionis diversitatem a Regni iure non esse excludendum. Hac libertate magnaue, qua jam tum in Universitate valebat, auctoritate multos conciliabat Sectatores, quorum applausu animatus, in ipsis suis sermonibus, quos ad populum habebat, sua dogmata progressu temporis propugnanda sensim Auditorum animis instillabat. eaque tam Historico quam literali Sacrae Scripturae sensu suffulta esse asserabat, brevique temporis intervallo peritissimos Sorbonæ Doctores ad suas partes pertrahebat, exceptis Jesuitis & Capuccinis, qui summi Pontificis decisionem hac in re præstolandam censebant: Ipsemet quoque Henricus III. Rex Richerio emendandæ Universitatis curam demandabat, quo in munere non modo ejus sagacitas, impigri labores, immotaque constantia, sed præcipue uberrimi tam in scientiarum quam in se admirationem rapuerant. Non deerant tamen, qui ob doctrinarum novitatem, hanc Richerii emendationem reformationi Calvinianæ haud absimilem esse dicerent. Hæc suspicio

Sæc. XVII.
A.C. 1631.

haud parum augebatur, dum Richerius fervente Veneti interdicti diffidio Pontificis potestatem restringere aggressus, suam doctrinam Ecclesiæ Gallicæ libertatibus, jure Divino & naturali, veteris Ecclesiæ traditionibus, usque continuo, ac demum Constantiensi Synodo firmari propugnabat, præcipue ubi contentio de Pontificis superioritate supra Concilium contra Perronium Cardinalem incaluerat. Quo acrior erat in eum adversantium impetus, eo majore libertate calamum in hostes suos acuebat, edita non modo Gersonis Apologia, sed famoso insuper libro suo de *potestate Ecclesiastica & Politica*: qua tamen intemperantia sua non modo omnium Præsulum & Senatorum odia, sed ipsius etiam Regis indignationem, ac demum exauctorationem ab officio Syndici sibi accersebat, tandem palinodiam canere compulsus (*). Hæc erat tota Richerianæ liber-

(*) Quod autem Richerius immixtis ficiariis ad hanc retractationem fuerit compulsus, jam supra falsitatis postulavimus, illam vero epistolam, ex qua Richeristæ hanc fabulam concinnarunt, Claudio Morifoto fuisse ab eis suppositam, multa suadent: quis enim credat, quod Morifotus, qui tamen Richelium Cardinalem

Sæc. XVII. libertatis gloria, tantæ famæ tam vile
A. C. 1631. crepitaculum! Tandem vero per in-
 tegrum ferme biennium gravissimis en-
 haustus doloribus die vigesima octava
 Novembris anno ætatis septuagesimo
 primo Parisiis decessit, sepultus in Sor-
 bonæ Sacello.

§. XXXIII.

Testamentum Edmundi Richerii.

Fertur, quod denuo anno Christi mil-
 lesimo sexcentesimo vigesimo nono
 die vigesima quarta Decembris sequens
 testamentum chirographo suo firmiter

nalem vix non adorabat, eique suum *Orbon*
maritimum nuncupabat, illumque passim in
 suis epistolis immodica laude extulerat, mox
 publice epistolam vulgavit, in quo eundem
 velut Tyrannum & Sicarium depingeret.
 Præterea Guido Patinus, quamvis in suis e-
 pistolis Richelium Cardinalem livido admodum
 dente laceffiverit, atque de Richerii revoca-
 tione disserens asseruerit, quod Richelius has
 Richerii palinodia Purpuram suo Fratri Car-
 thufiano comparaverit, ac Richerium carce-
 ris metu ad retractationem compulerit, de
 sicariis tamen mortem eidem intentantibus
 nullam omnino mentionem ingessit. Vid. *se-*
pra lib. 197. §. 79. p. 262.

„In nomine Sanctæ, & Individuæ Sæc. XVII
 „Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiri- A. C. 1631.
 „tus Sancti, Amen. Anno Domini
 „millesimo sexcentesimo decimo tertio,
 „die vigesima secunda Novembris. Ego
 „Edmundus Richerius natus Cadusæ,
 „Diæcesis Lingonensis Presbyter, &
 „Doctor sacræ Facultatis Parisiensis,
 „sociusque Sorbonicus, ac magnus
 „Magister Collegii Cardinalitii, anno
 „tertio, & quinquagesimo ætatis cum
 „uno mense duobus & viginti diebus:
 „postquam Deum humillime adoravi,
 „Jesu Christo Redemptori animam
 „meam commendavi, atque devovi:
 „B. Virginem Matrem Dei cum omni-
 „bus Sanctis precatus sum, quatenus
 „suis orationibus mihi in articulo mor-
 „tis indulgentiam peccatorum cum per-
 „fecta charitate a Domino Nostro Jesu
 „Christo impetrare dignarentur, sedens
 „in mea Bibliotheca, animo & corpo-
 „re sanus, hunc codicillum latinum
 „olographum in formam Testamenti
 „condidi, singulisque annis vitæ, qui
 „post primam scriptionem mihi super-
 „fuerant, sæpius diligenterque recogno-
 „vi, quem ubi viam universæ carnis
 „ingressus fuero, cum alio codicillo gal-
 „licano de meo peculiolo, & facultati-
 „bus, pariter a me scripto & obsignato
 „executioni mandari volo. Primum
 „Hist. Eccles. Tom. LIX. I i au-

Sæc. XVII. „autem, quascunque injurias, aut
 A. C. 1631. „damna cuicunque intuli, quæcunque
 „nomina, aut debita contraxi, ea con-
 „festim emendari & dissolvi cupio. Ve-
 „rum, quoniam die secunda Januarii
 „anni millesimi sexcentissimi octavi om-
 „nium Doctorum facultatis Theologiæ
 „Parisiensis consensu (me quidem in-
 „scio, non cogitante, & a Comitibus ab-
 „sente, sicut acta scholæ testantur) es-
 „tempore Syndicus ejusdem Facultatis
 „renuntiatus sum, quo totum Franciæ
 „Regnum, & Universitas Parisina, mi-
 „xime vero post Henrici IV. cædem,
 „in maximas omnium angustias & dif-
 „ficultates coniecta est, eamque ob
 „causam gerendo Syndicatum, aut militi-
 „in veritatis defensione, & salute com-
 „munis Parentis Academiæ, quæ me
 „semper a pueris aluit, ac erudit.
 „prævaricandum, aut in multorum
 „hominum potentissimorum odium ne-
 „cessario incurrendum fuit: ego hic
 „per spem salutis meæ in Christi san-
 „guine declaro, atque protestor, quæ-
 „cunque velut Censor Academiæ, Syn-
 „dicus, aut privatus Doctor Facultatis
 „Theologiæ dixi, scripsi, curavi,
 „gessi, administravi, illa me non cu-
 „jusquam odio, vel invidia fecisse,
 „non vindictæ, vanæ gloriæ, aut re-
 „dimendæ gratiæ hominum, vel opum
 „cumque

„cumularum desiderio, aut etiam Sæc. XVII.
 „ut novas divisiones, & schismata in A. C. 1631.
 „Regno, & Ecclesia confererem, vel
 „jam pridem confita foverem, aut pro-
 „pagarem: sed in omnibus meis actio-
 „nibus hoc unum mihi perpetuo, con-
 „stanterque propositum, quatenus a-
 „ritos, receptosque mores, patrios ri-
 „tus, majorum instituta, innumeris
 „quibus virtutum exemplis nobilitata,
 „& comprobata, inculpatæ tutelæ mo-
 „deratione vindicarem: necnon Pari-
 „sinae Universitatis & scholæ Sorbo-
 „nicæ incolumitati, tanquam Reipu-
 „blicæ christianæ perutilibus consule-
 „rem. Ceterum anno millesimo sex-
 „centesimo undecimo post solutionem
 „capituli generalis Dominicanorum,
 „rogatu atque impulsu viri amplissimi
 „Nicolai Verduni, primi Præsidis Cu-
 „riae Parlamenti, ego libellum de Ec-
 „clesiastica & Politica potestate lucu-
 „bravi, partim ut antiquæ & novæ do-
 „ctrinæ discrimen referarem: partim
 „ut supremam atque independentem
 „politicarum potestatum auctoritatem,
 „contra novam & seditiosam doctri-
 „nam de abdicandis, | & occidendis
 „Regibus, quæsito colore tyrannidis,
 „aut neglectæ Religionis Catholicæ,
 „propugnarem, quem libellum publici
 „juris feci, quando causa Academiæ
 „Pa-

Sæc. XVII. „Parisiensis contra Jesuitas in amplis
 A.C. 1631. „simo ordine perorata est. At vero
 „nunquam posteri in animum inducent
 „suum, quantum damni ex hoc meo
 „proposito, de parente Academia, &
 „veritate justæ Regiminis Ecclesiæ
 „Christo instituti tuenda, quantum in-
 „famix, calumniarum potentissimorum
 „inimicorum, & periculi, sub prima
 „Ludovici XIII. ætate, in me redun-
 „darit; & dehinc etiam redundabit
 „nisi Deus sua immensa bonitate incre-
 „dibiles malevolorum minas, conatus
 „& factiones in meam perniciem ex-
 „cogitatas, atque instructas, profliga-
 „rit. Hercle Illustrissimus Cardinalis
 „Perronius, qui in mei criminatione prin-
 „ceps extitit, ut totum Regis Consi-
 „storium in meam ruinam proclivius
 „incenderet, in Sacro Principis con-
 „silio dixit, Scriptorem libelli de Ec-
 „clesiastica, & Politica Potestate, quem
 „optime noverat, constituisse præfec-
 „tem Regni, Reginæ Matris, omnium-
 „que liberorum Regionum statum, hac
 „scriptioe convellere: ac propterea,
 „neque suum, neque typographi no-
 „men illi libello inscripsisse. Quæ sta-
 „tim atque accepi, mihi quidem &
 „veritatis & testimonii rectæ conscien-
 „tiæ apprime gnarus, palam & ingenuè
 „memet illius libelli auctorem esse, ac ve-
 „hementè

„hementer ambire professus sum, ut a Sæc. XVII.
 „viris doctis, qui non essent in causa, A. C. 1631.
 „serio examinaretur, quamobrem ali-
 „quot viros primarios Sacri Consistorii
 „etiam atque etiam precatus sum, da-
 „rent operam, quatenus aut voce in
 „Regis Consistorio Cardinali Perronio
 „respondere, aut aliqua scriptione meam
 „innocentiam cum veritate propositio-
 „num libello meo contentarum mihi
 „integrum esset defendere. Sed proh
 „dolor! gravissima tempora pupillaris
 „ætatis Regis, & incredibiles clamo-
 „res, prensationes, atque intermina-
 „tiones Domini Ruperti Hubaldini Nun-
 „tii Apostolici, qui se continuo Lute-
 „tia, insalutato Rege, decessurum Ro-
 „mam obtestabatur, & meipsum, at-
 „que libellum meum, telis & ludibrio
 „hominum indicta causa sic exposue-
 „runt, ut mihi non modo omnia hu-
 „mana subsidia, & leges Regni deesse,
 „verum etiam cunctas mundi potesta-
 „tes, quasi in meam consensisse perni-
 „ciam, sub ætate pupillari Regis, in-
 „quam, expertus fuerim. Certe D.
 „Cardinalis Bonzius Italus, mihi no-
 „minatim, & Regis, & D. Brulartii
 „Cancellarii Franciæ imperio, iracun-
 „de, minaciterque prohibuit, ne etiam
 „contumeliosis libellis, quos homines
 „conductitii etiam in me scripturiebant

Sæc. XVII. „& publicabant, responderem, nisi e
A. C. 1631. „vestigio, & meam ipsius, & cujus-
 „cunque alterius Apologiam meo no-
 „mine factam capitis luere vellem:
 „Nam, inquit, si Rex, & Regina re-
 „gens tam studiose & comiter pacem
 „colit cum vili & exigua Genevæ Rei-
 „publica: quid eos cum summo Pon-
 „tifici facere oportet, quando præter
 „spirituale Regnum per univèrsam or-
 „bem terrarum diffusum, magno influ-
 „per temporali Regno potitur in Italia
 „qua ex Cardinalis Bonzii oratione, &
 „gestis D. Nuntii Apostolici contra me-
 „tum didici, quod antea nesciebam,
 „scilicet Majorum Doctrinam de Con-
 „cilii auctoritate supra Papam libello
 „meo evolutam, hodie velut materiam,
 „& argumentum status politici tempo-
 „ralis in Curia Romana pertractari
 „quamquam Cardinalis Bellarminus,
 „& Perronius eam esse problematicam
 „venditent. Jam ergo aliquid intere-
 „nuntius ad majores nostros deferat,
 „noxæ, & quidem capitali datum Ri-
 „cherio, quod in Regno Franciæ, at-
 „que inter Parisienses Theologos, de
 „incipitibus controversiis, atque avitis
 „Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus dispu-
 „tasset: quia, ut inquiunt, tantum-
 „dem licitum est de Regis, & Regni
 „Franciæ statu, quantum de Pontificis
 „aucto-

„auctoritate supra Concilium ambige- Sæc. XVII.
 „re: quapropter inita fuerunt confi- A. C. 1631.
 „lia de Richerio velut monarchomaco,
 „& perduelli compingendo in Bastiliam
 „Parisiensem: atque inauditis antea
 „fabricis, & prensationibus regium di-
 „ploma quæsitum, & extortum est, ut
 „contra morem scholæ Parisiensis syn-
 „dicatu Theologicæ Facultatis abdic-
 „retur, quoniam via ordinaria comi-
 „tiorum id nulla ratione, quamquam
 „sæpe tentatum, confici potuerat:
 „tametsi ex omnibus Galliæ Provinciis,
 „nimirum Picardia, Campania, Nor-
 „mania, Aquitania, Britannia, Amo-
 „rica, Carnuto, Aureliis, & Niver-
 „nio, Doctores Sorbonici Sæculares,
 „& Regulares, extraordinariis evocati
 „studiis, & quidam illorum mercede
 „proposita allecti, magnisque locuple-
 „tati pollicitationibus fuissent. Quid
 „memorem palam circumferri, illos
 „gratissimam Deo victimam facturos,
 „qui sese Richerio mactando devove-
 „rint, & si unquam abripi, & Romam
 „deportari possit, revera experturum,
 „quod pernegat: nimirum Papam mate-
 „riali gladio illustrissimum, ad perduel-
 „les Richerio similes capite plectendos.
 „Verum, illi ipsi, qui desiderio homi-
 „nibus gratificandi, & foro serviendi
 „tam cruenta & horrenda in Richerium

Sæc. XVII. „commentantur, minime attendunt
 A. C. 1631. „se istis formidolosis interminationibus

„magnam invidiæ molem Sedi Apo-
 „stolicæ conciliare: quasi mansuetissi-
 „ma, & æquissima Petri Cathedra
 „quæ anteauctis sæculis usque afflictis
 „& Catholicam veritatem propugnanti-
 „bus perfugio, & præsidio salutari ex-
 „titit, jam vel damnaret innocentes
 „vel solveret noxios: cum apud Deum
 „non sententia Sacerdotum, sed reorum
 „vita quæretur, auctore Hieronymo
 „in caput 16. Matthæi, siquidem ma-
 „net Petri privilegium, ubicunque et
 „ipsius æquitate fertur iudicium, ut
 „ait S. Leo magnus 26. quæst. 1. Cas-
 „manet. Quid dicere attinet, Richer-
 „rio gravissime ægrotanti, imperitos
 „& ignaros Sacerdotes factione cor-
 „ruptos, ei absolutionem Sacramen-
 „talem & Eucharistiæ Sacramentum
 „denegasse, atque innumeras alias me-
 „lestias, calamitates, & pericula, ve-
 „ginti circiter annorum inclinatione in-
 „tentata, & procurata? „

„Quando igitur veritas iusti Regi-
 „minis Ecclesiæ, a Christo instituta, &
 „ab Apostolis, Patribusque antiquis
 „propagata, & jure postliminii in Con-
 „stantiensi, & Basileensi Concilio resti-
 „tuta, per latus Richerii petitur; ac
 „que hodierna die certatur, ut aliquo
 „cele

„celebri exemplo poenæ in Richerium Sæc. XVII.
 „statuto, omnes Theologi Parisienses A. C. 1631.
 „a doctrina majorum propaganda ab-
 „sterreantur, & ne quisquam deinceps
 „eam vel explicare, aut contra reni-
 „tentes mugire audeat: protestor quæ-
 „cunque in hunc diem convitiatores
 „maligni in meam pestem moliti sunt,
 „aut posthac molientur, quanta quanta
 „sint, ea me illis animo christiano in-
 „dulgere, sicut mihi peccata mea re-
 „mitti, atque in adversis, & immi-
 „nentibus periculis, quæ profecto in-
 „credibilia sunt, gratiam patientiæ,
 „constantiæ & fortitudinis, sic a Deo
 „fieri obsecro, ut Prophetarum, atque
 „Apostolorum imitatione, per gloriam
 „& ignobilitatem, per infamiam, &
 „bonam famam, ut Seducator, & ve-
 „rax, Catholicam veritatem Apostolici
 „Regiminis Ecclesiæ (quod Catholicæ
 „Religionis, Disciplinæ Ecclesiasticæ,
 „& moribus christianorum melius con-
 „stituendis & emendandis pernecessa-
 „rium est) intrepide tueri queam, uni-
 „tate & charitate cum omnibus ser-
 „vata, neglectisque inimicorum oppro-
 „briis, & contumeliis. Hercle qui-
 „dem, cum Professores Theologiæ
 „Deum quam homines magis timere,
 „& vitam hanc corruptibilem, bonâ
 „caduca, & sinistram famam sæculi,
 „præ

Sæc. XVII. „præ gloria Dei, & immortalitate om- „mu
 „nino habere despectui teneantur: de „na
 „inde ex certa rerum & causarum co „rel
 „gnitione, non ex vulgi rumusculis va „de
 „anticipatis obnoxiorum hominum præ „pi
 „judiciis, aut etiam ad ambitiorum „ob
 „& potentiorum gratiam, vel impe „sti
 „rium, de Theologiæ controversiis suam „de
 „dicere sententiam: insuper accuratè „la
 „debeant cognoscere, quidnam sit hæ „co
 „resis, quid schisma, & perduellioni- „le
 „tus contra Ecclesiam: ac in tam hoc „cu
 „renda crimina neminem incurrere, „&
 „nisi manifeste & pervicaciter in prin- „g
 „cipia, & manifestas conclusiones fide „h
 „Catholicæ impegit: Equidem gloria „le
 „nostra hæc est, testimonium conscien- „ch
 „tiæ nostræ, quod in simplicitate cor- „el
 „dis, & sinceritate Dei & non in Sa- „m
 „pientia carnali conversati sumus, 2. Co- „d
 „rinth. 1. quocirca sicut vir desiderio „le
 „rum Nabuchodonosori respondit, Deus „C
 „quem colimus potest nos de camino „ir
 „ignis ardentis tantarum tribulatio- „ill
 „num eripere, atque ab hominum Ze- „G
 „lotarum calumniis redimere & libe- „S
 „rare, Danielis 3. verum tamen si hoc „ta
 „ei minus placitum sit, non propterea „m
 „Evangelium erubescere, id est, ca- „d
 „tholicam veritatem justæ Regimini- „S
 „Ecclesiæ, velut hæreticam, schisma- „m
 „ticam, & perduellem abnegare debe- „u
 „mus

„mus. Quodsi utilius est scandalum Sæc. XVII.
 „nasci, quam veritatem Catholicam A.C. 1631.
 „relinqui, cap. qui Scandalizaverit,
 „de regulis in juris decretalibus: tri-
 „plexque est veritas, ut Glossa ibidem
 „observat, nimirum bonæ vitæ, & ju-
 „stitiæ, quas nunquam omittere licet:
 „deinde disciplinæ, quam pariter vio-
 „lare non debemus, si modo in jure
 „communi indispensabili, hoc est in
 „lege divina & naturali versetur, pro-
 „culdubio, cum ipsa Acta Apostolorum,
 „& octo prima Concilia Generalia non-
 „gentorum circiter annorum decursu
 „habita, nos clarissime docent, Apосто-
 „los, Patres antiquos, & Doctores Ec-
 „clesiæ, totidem annorum lapsu sacras
 „electiones, jus commune, & regi-
 „men Aristocraticum accurate servasse:
 „deinde gesta Constantiensis & Basi-
 „leensis Synodi testentur, Ecclesiam
 „Catholicam hoc genus Regiminis in-
 „tegrum restituere voluisse, quantum
 „illa tempora ferre poterant, atque
 „Gallicanam Ecclesiam illud regimen
 „Sanctione Pragmatica in rem judica-
 „tam per universum Galliæ regnum
 „mississe: sane isthinc liquido, & evi-
 „denter probatum manet (quicquid
 „Sophistæ adversus illa duo Sanctissi-
 „ma Concilia, & Pragmaticam sanctio-
 „nem blaterent, & cavillentur) his
 „postre-

Sæc. XVII. „postremis seculis corruptissimis Ca
 „A. C. 1631. „riam Romanam efficere nullo modo

„posse, vel ut Romanus Pontifex Sæc.
 „ctorum Communionem, & Ecclesiæ
 „unitatem monarchicæ, aut absolutæ
 „dominatu per vim externam, mon
 „poteſtatum ſeculi, cogat, aut etiam
 „ut hæc absoluta infallibilis Monarchia
 „juris ſit divini: quando Apoſtoli
 „Eccleſia Catholica quadringentorum
 „& mille annorum fluxu, hoc genus
 „absoluti regiminis, tanquam divini
 „tus inſtitutum, nunquam agnoverunt
 „nedum approbarunt. Nam Patres
 „Eccleſiæ primitivæ cuncta negotia in
 „libram Canonum, & ſuaviſſimæ mo
 „derationis Ariſtocraticæ, ſemper de
 „finiri, & Majores noſtri hoc genus
 „gubernationis in Conſtantiensî & Ba
 „ſileenſi Concilio inſtaurari, & recu
 „perari voluerunt, ut jam dixi.

„Sane quidem hac infeliciffima e
 „tate, quia longe lateque veritates
 „minutæ ſunt a filiis hominum Pfal.
 „& homines quæ ſua ſunt, quærunt
 „non quæ Chriſti, unde hæreditas
 „Chriſti calamitas: nullum verbum
 „adverſus iſtam absolutam infallibilem
 „Monarchiam poſt primam Scripſionem
 „libelli de Eccleſiaſtica & Politica Pe
 „teſtate feciſſem, ſi modo adverſarij
 „noſtri ab horribilibus in me convitiis

„calumniis, & violentissimis impressio- Sæc. XVII.
„nibus, quibus viginti circiter annis A. C. 1631.
„memet virulenter infestant, sibi tem-
„perassent, suaque absoluta imperia,
„pace & charitate servata, tuerentur.
„Quandoquidem per illos nequaquam
„stat; quo minus permulti viri piissimi,
„& maxime Catholici, ab Ecclesiæ
„sinu fugentur, atque inviti ad nova
„schismata instruenda compellantur,
„sicque Ecclesia ad pauciores rediga-
„tur; profecto & Sapientissimum &
„piissimum Gersonii consilium semper
„judicavi, libro de vita spirituali ani-
„mæ, lectione quarta, corollario deci-
„mo: poterit fieri, ut absque peccato
„mortali, inquit, imo cum merito
„magno, sit aliquis Theologus, vel
„alias prudens, qui dissentiat corde ab
„humanis determinationibus, aut tra-
„ditionibus, qui tamen obligabitur
„propter evitacionem scandali vel ali-
„ter, non repugnare exterius. Nam
„potest aliquarum publicatio veritatum
„prohiberi, & aliquarum falsitatum
„dogmatizatio permitti. Ceterum, sicut
„frequenter accidit, Mathematicos ab
„imperitis scientiarum Mathematica-
„rum, sortilegos & incantatores ha-
„beri: similiter ut plurimum usuvenit,
„Theologiæ, aut juris Canonici Docto-
„res, suspicione hæreseos apud im-
„peri-

Sæc. XVII. „peritam plebem laborare, eodem
 A. C. 1631. „Gerfonio auctore, Tractatu de ver-
 „tatibus credendis ad necessitatem
 „lutis, certe qui in Sacrarum Scripto-
 „rarum & Patrum lectione valde ex-
 „citati sunt, atque Conciliorum,
 „Ecclesiasticam Historiam callent, ha-
 „que scientiam ad causas essentiali-
 „Ecclesiasticæ & Politicæ Potestatis
 „ut necesse est, retulerunt: omnes quæ-
 „dem inclinationes, & mutationes, in-
 „crementa & decrementa Religio-
 „christianæ, regiminis Ecclesiæ, pe-
 „spectas, & exploratas habent: quæ
 „homines imperitos, aut sola Schola-
 „sticæ Theologiæ cognitione saturos,
 „prorsus ignorare oportet: quocirca
 „idem Doctor christianissimus opusculo
 „de materia excommunicationum, &
 „irregularitatum prudenter decernit.
 „Pusillos, qui æstimant Papam esse
 „unum Deum, qui omnem habet in
 „cælo & in terra potestatem, instruen-
 „dos per idoneas informationes, &
 „nolent acquiescere, esse in causa scanda-
 „dali Pharisaici, accepti non dati. De
 „inde lib. de examine doctrinarum par-
 „te prima consideratione secunda con-
 „tendit, adversum humanas confitua-
 „tiones nunquam esse palam dogmati-
 „zandum, nisi forte aliquis error con-
 „tra fidem, & scandalum intolerabili-

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

„ex nostro silentio emergeret, hocque
 „in casu assertionem Catholicæ verita-
 „tis pro suprema lege habendam: &
 „tum multo magis præstare scandalum
 „nasci, quam veritatem catholicam
 „deseri, quod si fieret persecutio sen-
 „tentiæ, atque pœnarum contra
 „repugnantes ejusmodi constitutionibus
 „humanis, beatos esse, qui persecutio-
 „nem patiuntur propter justitiam, ac
 „supersse remedium Concilii Genera-
 „lis, quam salutarem doctrinam meis
 „adversariis in charitate examinandam
 „relinquo. „

„O Domine Jesu Christe! ex hoc
 „falso, & plane imaginario principio,
 „Papa est absolutus Monarcha Eccle-
 „siæ, & Dominus omnium beneficio-
 „rum: ecquid hoc corruptissimo seculo
 „ambitiosi & mundani homines in ma-
 „nifestissimam legis Evangelicæ ruinam,
 „totiusque ordinis Politici subversio-
 „nem non certatim architectantur, &
 „demoliuntur jus divinum, schisma,
 „hæresim, & perduellionatum astringentes,
 „ubi ubi merum est jus huma-
 „num, nullum schisma, nulla hæresis,
 „aut perduellionatus: imo vero, nec
 „ulla peccati mortalis suspicio hæere
 „potest: modo fœdas ignorantix tene-
 „bras, & superstitiones rudibus con-
 „cretas sæculis, pace, charitate, at-
 „que

Sæc. XVII. „que unitate Ecclesiæ servata, depel- „va
 „A. C. 1631. „lere, & illuminare, id est, illos ipsos „Re
 „melius erudire, & informare nita- „Sp
 „mur: qui Papam haud aliter quam „ta
 „Christum ipsum absoluta infallibili „ho
 „toritate præditum, ac in ratione re- „ar
 „giminis totam Ecclesiam constituere „ve
 „ariolantur. Quam belle & apposite „pa
 „olim nescio quis dicebat, laudamus „pa
 „veteres, sed nostris prudenter uti- „æ
 „mur annis: hoc est, de jure commu- „ta
 „ni, Aristocratico Ecclesiæ Regimine „le
 „Apostolica disciplina, & finibus Sa- „ci
 „cerdotalis, atque Regiæ Potestatis „el
 „comiter regendis, sic differamus: ut „q
 „nihilominus pacem, charitatem, & „&
 „unionem cum omnibus retineamus, „m
 „& vitia, atque corruptelas, non ho- „gu
 „mines oderimus; illorum more, qui „lo
 „ex profundo Erebi diabolica nomina „de
 „dissensionum, sectarum, & Richer- „vi
 „starum exsuscitarunt, atque in Eccle- „tu
 „siam effuderunt. Quandoquidem om- „m
 „nes Catholici pretiosissimo Christi „cl
 „Sanguine redempti sumus. Et uti- „a
 „nam omnibus Zelotis mansuetudo „id
 „Christi, & Evangelii pax, cum hac „tu
 „præclara Augustini Sententia, lib. „ce
 „primo cap. i. contra Epistolam Par- „si
 „meniani veniret in mentem: eamque „co
 „vellent, & possent, sicut necesse est „m
 „Christianis, stricte accurateque ser- „vare,

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

„vare, profecto longe aliter christiana
 „Religio se haberet, neque Ecclesia
 „Sponsa Christi tot schismatibus, &
 „tanta strage Christianorum deformata
 „horreret: quisquis vel quod potest
 „arguendo corrigit, ait, Augustinus,
 „vel quod corrigere non potest, salvo
 „pacis vinculo excludit: vel quod salvo
 „pacis vinculo excludere non potest,
 „æquitate improbat, firmitate suppor-
 „tat, hic est pacificus, & ab isto ma-
 „ledicto immunis, quod Scriptura di-
 „cit, vœ his, qui dicunt, quod nequam
 „est, bonum, & quod bonum est, ne-
 „quam, qui ponunt lucem tenebras,
 „& tenebras, lucem Esaïæ 5. quam
 „mirabilem & divinam Epistolam Au-
 „gustini, Pastores Ecclesiæ & Theo-
 „logi nunquam de manibus ponere
 „deberent. „

„Cum igitur assidua contentione
 „vigiliarum, mihi cum a posteriori,
 „tum a priori, Scientiam naturæ Pri-
 „matus Sedis Apostolicæ, potestatis
 „clavium, & Gubernationis Ecclesiæ
 „a Christo institutæ comparaverim:
 „idque me satis sufficienterque affecu-
 „tum existimem, ut morali & naturali
 „certitudine sim in conscientia securis-
 „simus: Hercle quidem mihi apprime
 „consciens, quanti sit pretii juris com-
 „munis, & Aristocratici regiminis Ec-
 „clie. „

Hist. Eccles. Tom. LIX.

Kk

„cle-

Sæc. XVII. „clesiæ, hoc est libertatis Evangelicæ
 A. C. 1631. „abrogatio, quam nobis proprio san-

„guine acquisivit Dominus, ut Patres
 „Ephesini Concilii loquuntur: & quam
 „crasso ac supino errore illi cæcutiant,
 „qui, ut ait Parisiensis Cancellarius
 „Sermone in circumcissione Domini con-
 „sideratione prima, imaginantur Ec-
 „clesiam melius posse regi per humanas
 „inventiones, quam per legem patri-
 „Evangelicam: nihil certe vel obno-
 „xiorum, vel imperitorum, aut ma-
 „volorum hominum calumnias, & per-
 „tentata verborum certatim adversus li-
 „berum, ejusque libellum effusa pe-
 „timefco: ne quidem hoc tessellatum
 „emblema, hæreticus, schismaticus,
 „perduellis, monarchomicus, impo-
 „stor, &c. quia certissimus sum, neminem
 „censuris in libellum aliquem ex-
 „fusis, aut ejusmodi convitiis percol-
 „debere, eoquod problematicas, & ar-
 „cipites quæstiones, pace, charitate
 „& unitate servata, absque cujusquam
 „injuria asseruerit, & propugnarit: ut
 „que Theologos non ad antiqui sæculi
 „Theologos, non ad antiqua sæculi Apo-
 „stolici placita, & instituta, sed ad de-
 „formes novitatum istius ævi pruritus
 „debere trepidare. Quod si Dominus
 „noster Caput Ecclesiæ, Seductor vo-
 „catur a Judæis Matthæi 27. eumque

„adhuc hodie Judæi, & Athæi pro Sy- Sæc. XVII.
„cophanta, & Impostore despiciunt: A. C. 1631.

„quid ejus membra in charitate & uni-
„tate Ecclesiæ veritatem, more Pro-
„phetarum propugnantes, non pati, &
„perferre necesse est? Hebræorum 11.
„Non enim est discipulus supra Magi-
„strum, sed sufficit ei, ut sit sicut Ma-
„gister. Matth. 10.

„Verum hic aliquos subaudire vi-
„deor, objicientes, ejusmodi contro-
„versias istis temporibus non modo
„pietati, bonisque moribus constituen-
„dis esse inutiles, verum etiam per-
„magno esse scandalo, & causæ hære-
„ticorum velificari, contra rependo,
„hæc ipsa ignaris & simplicibus illu-
„dendis, atque etiam corruptelis, &
„abusibus fovendis, ac incrustandis
„callide excogitari, & adversus solem
„Scripturarum obtendi. Nunquid pro-
„pterea captivus ductus est populus
„meus, quia non habuit scientiam:
„& nobiles ejus interierunt fame, &
„multitudo ejus siti exaruit: propterea
„dilatavit infernus animam suam, &
„aperuit os suum absque ullo termino
„Esaïæ 5. quod si verum amamus, ut
„christianum oportet, quid Ecclesiæ
„universæ magis utile & necessarium,
„quam diligenter cavere, ne jus hu-
„manum pro divino, & schisma, hæ-

K k 2

„resis,

Sæc. XVII. „refis, ac perduellionatus contra Ec
 A. C. 1631. „clesiam afferantur, ubi nulla prorsus
 „mortalis peccati labes hæere pote?
 „tunc pietati, bonisque moribus in
 „integrum restituendis, & castis
 „conscientiæ bene moderandis inuti
 „putas, rectam tenere rationem finium
 „utriusque potestatis heriscondorum
 „ut inter Regnum & Sacerdotium æ
 „terna pax stabiliatur, & caveatur
 „ne deinceps prætextu Religionis &
 „Censurarum, Reges furori Assassina
 „rum quasi piaculares hostiæ, mactan
 „di exponantur, atque orbis Christia
 „nus bellis civilibus, & internection
 „christianorum deformetur? scire, que
 „nam sit justa vis, & potestas clavium
 „& quousque se extendant? quid iure
 „divino primario, sive de condigno
 „Romanus Pontifex, & Episcopi quid
 „nam humano, aut de congruo ex Ec
 „clesiæ constitutione, ac Principum
 „christianorum largitione & indulgen
 „tia possideant? quid Episcopi a Pree
 „byteris differant, & quæ antiquitas
 „forma, & consuetudo illorum eligen
 „dorum & ordinandorum extiterit?
 „quæ olim Canonum discendorum, &
 „Controversiarum Ecclesiæ definien
 „darum fuerit ratio: ac totum robur
 „& confirmationem Conciliorum a ca
 „tholico Ecclesiarum consensu manare.
 „que

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

„quæ in Synodum confluxunt, ut inter
 „se Sanctorum communionem ineant,
 „& paciscantur? similiter, quinam jus
 „præsidentis in Synodis obtineant: &
 „quo titulo Imperatores octo prima
 „Concilia Generalia, & Reges Franciæ
 „Synodos regni sui quondam indixe-
 „rint, & convocaverint? quam aucto-
 „ritatem Reges, Principes, & Magi-
 „stratus politici, velut juris divini, na-
 „turalis, & Canonici vindices, atque
 „executores obtineant in externa Ec-
 „clesiæ disciplina constituenda, quæ-
 „stionibus facti definiendis, & subditis
 „suis contra injustas & iracunda, Præ-
 „latorum censuras protegendis? un-
 „denam Curia Romana tantam pote-
 „statem, qua hodie utitur, & fruitur,
 „collegerit? quando & quo sine Col-
 „legium Cardinalium instituerit? quæ-
 „nam Missiones, & instituta ordinum
 „Mendicantium, atque aliorum Regu-
 „larium, qui dormitantibus Ordinariis,
 „in eorum jura invaserant? tenere, quis-
 „nam ab ævo Apostolorum ad hæc no-
 „stra tempora per sæculorum vices
 „usus Sacramentalis Confessionis ex-
 „stitit: & capite omnis utriusque se-
 „xus, proprium dici Sacerdotem, cui
 „in sua ordinatione, & institutione po-
 „pulus de propinquo regendus tradi-
 „tur, quatenus illum omnibus horis,

K k 3

„&

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

„& casibus necessariis, tempestive, at
„que intempestive, de propinquo, in
„quam adjuvet, consoletur, pascat,
„purget, illuminet, perficiat. Quæ au-
„xilia spiritualia, Vagi & Subdiani,
„nedum communes Sacerdotes, quæ
„cunque sint, præstare nullo modo pot-
„sunt: & idcirco solus Paræcus, au-
„Curio, proprius, & familiaris, est Sa-
„cerdos; quicquid homines litigiosi ca-
„villentur, vim ipsi naturæ inferre co-
„nantes, ut oves non suas ab ordi-
„nariis Pastoribus avocent. Item habet
„compertum, quodnam fuerit Pat-
„riensis Academiæ propositum, & ste-
„dium, in jure communi & Aristocra-
„tico regimine Conciliorum, hierarchia
„propugnanda, nascentibus corrupte-
„lis, & abusibus impugnandis, aliisque
„innumera, quæ proculdubio huma-
„nis adinventionibus & institutis a jure
„divino secernendis, consequenterque
„ad veram & solidam pietatem confir-
„tuendam, & vitia expurganda, per-
„necessaria sunt.

„De scandalis autem, omnes secta-
„ros esse jubeo, quoniam plus satis
„sacrorum Bibliorum lectione edoce-
„mur, nunquam a Prophetis, Christo,
„Apostolis, aut aliis, veritatem asser-
„tam & propagatam, etiam in Conci-
„liis Ecclesiæ absque gravi scandalo.

„sed tandem suo præjudicio, ac præ- Sæc. XVII.
 „rogativa, portas & vectes inferni con- A. C. 1631
 „fregisse: ut insuper omittam, acti-
 „vum, non passivum scandalum, esse
 „in culpa & reatu.,,

„Quod vero has disputationes, hæ-
 „reticorum querelas juvare clamitant,
 „perinde est certe, ac si quispiam cau-
 „saretur, Patres Tridentini Concilii ne-
 „quaquam moribus Ecclesiæ reforman-
 „dis operam & studium navare debuis-
 „se, ne causæ hæreticorum servire pu-
 „tarentur, aut etiam olim Prophetis
 „super sedendum fuisse ab erroribus Hie-
 „rosolimitanæ Ecclesiæ carpendis, ne
 „forsan Samaritanis, & Saducæis, quos
 „Judæi pro hæreticis habebant, gra-
 „tificari viderentur: aut præterea, ne
 „vel famæ, vel vitæ propriæ gravius
 „consulerent. At profecto nostrum est,
 „qui Catholici sumus, atque unitatem,
 „& pacem Ecclesiæ sartam-tectam vo-
 „lumus, nostrum est, inquam, non hæ-
 „reticorum, & perduellium (quibus
 „cum optima parente Sponsa Christi,
 „quam impie violarunt, & discerpse-
 „runt, nihil quicquam juris, aut com-
 „mercii esse potest) de disciplina me-
 „lius constituenda, & emendandis mo-
 „ribus disputare, ac Prophetarum,
 „Beati Hieronymi, Bernardi, Gerso-
 „nii, & aliorum pietate & vitæ San-
 Kk 4 Etimo-

Sæc. XVII. „stimonia illustrium æmulatione, cum
 A. C. 1631. „nostrorum fratrum corruptelis, tum
 „hæreticorum erroribus strenue ob-
 „stere, neque ullis hominum clamoribus,
 „convitiis, minitationibus, per-
 „riculis, aut etiam præmiorum ille-
 „cebris, a tam Sanctissimo proposito
 „absterreri. Nude nuda loquor, ne-
 „retego verenda, sed inverecunda con-
 „futo. Utinam privatim, & in came-
 „ris hæc tantum fierent: utinam soli
 „viderimus, & audierimus, utinam
 „nobis reliquerint moderni Noe, unde
 „a nobis possent aliquatenus operiri,
 „nunc verò cernente orbe mundi fabu-
 „lam soli tacebimus? caput meum ut-
 „dique conquassatum est, & ego san-
 „guine circumquaque ebulliente puti-
 „verim esse tegendum? quidquid op-
 „posuero cruentabitur, & major erit
 „confusio, voluisse celare, cum celari
 „nequiverit, ait sanctus Bernardus,
 „quadragesima secunda Epistola ad He-
 „ricum Senonensem Archiepiscopum.
 „eo quidem Sæculo, quo abusus tole-
 „rabiles & emendabiles erant, & Sa-
 „cræ electiones fervebant. His autem
 „perditissimis moribus, quibus hypo-
 „crisis & Atheismus altissimas egerant
 „radices, totaque ferme Religio & pie-
 „tas, a virtute & simplicitate cordis
 „in speciem, & choragium externum
 „tra-

„tractata est, filebimus? proculdubio Sæc. XVII.
 „bacchantibus, si Catholici Doctores A. C. 1631.
 „in morum carcinomata, sicut & in
 „errores Lutheri, calamum acuisent,
 „vel hodie Ecclesiam emendatam, vel
 „non ita schismatibus laceram, & ad
 „paucos redactam haberemus, neque
 „ambitiosi & portenta hominum, si-
 „lentium nostrorum, in abusu & cor-
 „ruptelarum patrocinium sic abduxif-
 „sent, ut quotquot hodie de Ecclesia
 „melius emendanda sermones conse-
 „rere audent, pro hæreticis, & pa-
 „bulo inquisitionis, si Deo placet, ha-
 „beantur. Sed tum demum anno se-
 „ptuagesimo ætatis post diuturnum
 „morbum nephritidis, codicillum hunc
 „olographum conclusi, & obsignavi,
 „die vigesima quarta Decembris in per-
 „vigilio Nativitatis Dominicæ post me-
 „ridiem anno millesimo sexcentesimo
 „vigesimo nono.,

§. XXXIV.

Edmundi Richerii scripta.

Haud diffidendum est, Richerium *Niceron. l. c.*
 fuisse Virum rara ingenii felicitate,
 omnisque generis scientiarum copia in-
 structissimum, ac fors maxime com-
 mendandum, si aut suo ævo plus ce-
 teris non sapuisset, aut inter hodierni
 ævi

K k 5

Sæc. XVII. ævi Eruditos vixisset, scripsissetque. Porro præter ea, quæ circa Grammaticam, Rhetoricam, Eloquentiam, non non prudentem docendi discendique methodum scripserat, celebratur eius tractatus de optimo Academiæ statu, non non ipsius *Apologia pro Senatus-Consulto*: Utrumque hunc librum Richerius ediderat adversus Georgium Critonem, qui Richerianam Universitatis emendationem carpebat. Ubi vero Richerius suas novitates spargere coeperat, contentio inde exorta pluribus ejusmodi lucubrationibus argumentum Richerio suppeditabat, ac primo quidem ea ex causa edidit vitam Joannis Gersonii ex ejus operibus collectam. II. Apologiam pro eodem de supremæ Ecclesiæ & Concilii auctoritate, & independentia Regiæ potestatis. III. Librum nominatissimum de Ecclesiastica & politica potestate. IV. Demonstrationem libelli de Ecclesiastica potestate cum Authoris Testamento. V. Vindicias Doctrinæ Majorum scholæ Parisiensis de auctoritate Ecclesiæ. VI. Historiam Conciliorum Generalium. VII. Librum de Potestate Ecclesiæ in rebus temporalibus. VIII. Considerationes in librum, cui titulus: *rationes repugnandi censuram quorundam librorum &c.*

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

§. XXXV.

Yprensus Episcopi statuta in Congregatione Decanorum.

Anno priori Georgius Chamberlingus *Harzh.*
 Yprensus Episcopus statuit, ut suæ *tom. 9. Concil. Germ.*
 Diæcesis Decani omnes suos Parochos
 convocarent, ac de rebus Disciplinam
 Ecclesiasticam, morumque emendationem
 spectantibus agerent: cum igitur
 plura in nupera congregatione Episcopo
 fuissent proposita, hinc die septima
 Octobris hoc anno habita desuper de-
 liberatione varias edidit constitutiones,
 ac præter plures alias sanctiones statuit,
 ut nequidem Capellani ultra tres dies
 sine Decani licentia, & ne unum qui-
 dem diem sine Parochi consensu a Pa-
 rochia absint, & Ecclesiarum custodes
 posthac non uxorati, sed cælibes &
 tonsurati sint. Decevit quoque, ut
 in omni suppellectile argentea nomen
 Ecclesiæ, ad quam illa pertinet, in-
 sculpatur: Præterea ad eradicandas
 superstitiosas, vanasque observationes
 Episcopus omnibus Pastoribus præcep-
 tit, ut rudem populum edoceant, su-
 perstitiosum esse, quod desponsati no-
 lint audire suas proclamationes ante-
 nuptiales, illasque diebus dominicis
 potius quam festivis fieri velint: quod
 mulie-

Sæc. XVII. mulieres purificari nolint feriis sextis, vel pro abundantia frugum, arbores stramine ligent, ancillæ servitium suum feria secunda inchoare nolint &c. Denique Parochos monuit, ut irrepetem abufum comedendi diebus Sabati intestina, farcimina & extremitates animalium, extirpare conentur.

§. XXXVI.

Concilium Provinciale Cameracense

*Schanat
Conc. Germ.
tom. 4.*

Die decima octava Mensis Maji Franciscus Vander Burch Archiepiscopus, & Dux Cameracensis Provinciam celebrabat Synodum, in qua præter alia statuta abrogatur invalefcens corruptela, abigendi per strepitum eos qui tardius chorum ingrediuntur: præcipitur etiam, ut campanæ exorta aeris tempestate pullentur, tum ad tempestatem vi Divina, quæ ex solempre, sacraque benedictione illis inest, depellendam, tum ut fideles adorandum, & implorandam Dei misericordiam excitentur. Inhibet etiam Synodus, ne Ecclesiastici supplicis capite damnatorum interfint, nisi pia eorum opera fuerit requisita. Hæc, ceteraque hujus Synodi decreta non modo a supremo Belgii Senatu, sed etiam ab Urbano VIII. Papa die decima septima

ma Aprilis anno sequenti fuere ap-
probata.

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

§. XXXVII.

*Quidam Scriptores Ecclesiastici hoc
anno demortui.*

Hunc annum vitæ suæ postremum
habuere ex Scriptoribus Ecclesiasti-
cis nonnulli, inter quos primus occur-
rit Martinus Bonacina Mediolanensis
Theologiæ ac jurisprudentiæ Doctör,
qui utriusque signaturæ, ut vocant,
Referendarius, ab Urbano VIII. ad in-
signis cujusdam civitatis Episcopatum
erat destinatus; dum autem ætate
media, summisque caloribus Roma
discedens, in Germaniam properaret,
priusquam Viennam attingeret, æter-
nitatis portum die tertia Julii attigit:
Edidit vastum volumen Theologiæ mo-
ralis, libros de Incarnatione Christi,
de Simonia, de electione Pontificis,
de alienatione bonorum Ecclesiastico-
rum, de contractibus & restitutione,
de beneficiis, pluraque alia opuscula:
Non desunt tamen, qui hunc Autho-
rem Plagii literarii insimulent. II. Joan-
nes Baptista Agocchus Amahanus Epi-
scopus, necnon apud Venetos Nuntius
Apostolicus scripsit foundationem & do-
minium antiquum urbis Bononiæ. III.
Petrus

*Jan. Nic.
Pinacoth.
III. p. 542.
Miræ, de
script. Sæ-
cul. XVII.
Hyppol.
Marac. Bibl.
Mari.
Le Paige
Bibl. Præm.*

Sæc. XVII. Petrus Perea ex Ord. FF. Eremitarum
A. C. 1631. sancti Augustini Arequippiensis Episcopus
 in America librum posteris reliquit
 sub titulo: *Certitudo de Puritate Virgini-
 nis in sua Conceptione.* IV. Florimundus
 Conrius Ord. FF. Minorum scripsit
 de gratia Christi ad mentem S. Augu-
 stini, de statu parvulorum sine Baptis-
 mo decedentium, pluraque alia. V.
 Decius Memmolus Canonicus, ac Pa-
 lo V. Pontifici a secretis, qui discus-
 sum contra Fautores Machiavelli, tra-
 gœdiam de Susanna, tractatum de ho-
 nore, & Dialogum de Basilica S. Ma-
 riæ Majoris evulgavit. VI. Bartholo-
 mæus Zucchus, qui Montis - Regalis
 Cardinali ab epistolis, publicijuris fece-
 rat meditationes in Passionem Christi
 doctrinam cœlestem, conciones festi-
 vales & tractatum de oratione Domi-
 nica. VII. Jordanus Moscatellus ex
 Ord. S. Hieronymi edidit controversias
 pro defensione Philippi Fabri adver-
 sum P. Xantem Marialem. VIII. Au-
 gustinus Nunez Carmelita Granatenfis
 publicus Madriti Theologiæ Professor,
 ac Ecclesiastes celeberrimus typis vul-
 gavit explanationem in Psalmos sub
 titulo: *Victoria Justorum*, necnon suc-
 cinctam declarationem artis Raymundi
 Lulli, sermones quadragesimales, que-
 rimonias amoris, quinque tomos in
 Plal

Psalmum quadragesimum quartum præ- Sæc. XVII.
ter plura alia Theologica, atque Afce- A. C. 1631.
tica opuscula. IX. Antonius Olivani

eiusdem Ordinis conscripsit duos Theo-
logiæ tomos sub titulo: *Moderamen*
morale animæ præter sermones quadra-
gesimales & de Sanctis. X. Joannes
Guiffanus itidem Carmelita præter ser-
mones quadragesimales, Marianos, &
de Sanctis, necnon plura Philosophica
& poetica opuscula, edidit tractatus de
Incarnatione, de SS. Trinitate & de An-
gelis, ac casuum conscientiæ lecturam.

XI. Marcus de Guadalaxara ex eo-
dem Ordine, Historiam Pontificiam,
Generalem & Catholicam usque ad
Paulum V. publici juris fecit, cujus
tamen quinta pars in Indice Romano,
donec corrigatur, affixa est. Scripsit
quoque librum de Moriscorum proditi-
one, aliumque de justa eorum expul-
sione ex Hispania. XII. Jacobus Kel-
lerus Germanus Jesuita edidit Tyran-
nicidium, demonstrationem veritatis
Catholicæ contra Heilbrunerum, &
Agoniam eiusdem: edidit quoque sub
nomine Jacobi Sylvani fasciculum oli-
dum seu absurditates Prædicantium
in Colloquio Ratisbonensi, Rhabarba-
rum, & Tubum Galilæanum pro Lu-
dovico Camerario, lituram Hispanicæ
Can-

Vid. supra
l. 193. p. 45.
tom. 57. &
l. 195. t. 58.
p. 262. & 48.

Sæc. XVII. Cancellariæ unacum consultationibus
 A.C. 1631. Falso autem eidem adscribitur Secreta
 Cancellaria Anhaltina. XIII. Franciscus Labata Hispanus ex eadem So-
 cietate scripsit apparatus Concionat-
 rium, discursus Morales in Evangelia
 Conciones de Sanctis, & Thesaurum
 Moralem. XIV. Franciscus Garassus
 Gallus Jesuita elucubravit disquisi-
 nes contra Stephanum Paschafium
 Ecclesiam reformatam, doctrinam co-
 riosam contra libertinos, & præter
 plura alia summam Theologicam, quam
 Parisiensis Facultas censuris pertriu-
 xit, ipse vero Garassus vindicavit, e-
 dito libello, cui titulus: *abusus detestatus
 in censura summae.* XV. Lucas Castellanus
 Ord. FF. Præd. Catacensis Episcopus
 scripsit de electione Canonice
 Prælatorum, de certitudine Sanctorum
 Canonisatorum, de dilatione Canonice
 sationis Sanctorum, & de inquisitione
 miraculorum. XVI. Servatius Lair
 velz Mussipontanus Abbas Ord. Præd.
 Regularis disciplinæ restaurator cele-
 berrimus, edidit opticam Regularium
 & Catechismum Novitiorum duobus
 tomis distinctum.

§. XXXVIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1631.*Varii Scriptores ex Protestantibus
hoc anno defuncti.*

Nonnullos etiam ex Scriptoribus Aca-
tholicis hoc anno invida mors Orbi
literario subduxit, ac quidem primo
die vigesima quinta Junii obiit Caspar
Finckius, qui disputationes de Nomi-
ne Jesu, de Decalogo & Symbolo Apo-
stolorum, tractatus de S. Scriptura,
Baptismo, Cæna & de Monachis edi-
dit: scripsit quoque compendium Theo-
logiæ super Augustanam Confessionem
præter quæstionem, an Lutherus ad
Zwingianos defecerit? II. Tobias
Lotterus edidit *responsum ad epistolam
Düsseldorffensem de apostasia Guilielmi
Wolfgangi Comitis Palatini.* III. Simon
Gediccus vulgavit explicationem Ge-
neseos, tractatum de Cæna, resurre-
ctione mortuorum, & de imaginibus
& Altaribus, Pelargum Apostatam,
Anti-Pistorium, Catechismi examen,
Calvinismum, & plura alia varii ar-
gumenti opuscula. IV. Bartholomæus
Mayer Philologiam Sacram, & disser-
tationem de LXX. hebdomadibus Da-
nielis prælo subjecit. V. Paulus He-
lemreich Apostata edidit Pyxidem nau-
ticam aciei inter Evangelicos & PAPA-
tum,
Hist. Eccles. Tom. LIX. LI

Freher.
Theatr. Vir.
erud. part. I.
sect. 2.

Sec. XVII. tum, vindicias censuræ clanculariæ,
 A. C. 1631. Scalam Jacobæam, tractatum de vo-
 catione Ministrorum & de cælibatu Pre-
 pistarum præter plura alia. V. Joa-
 nes Klein scripsit dissertationem Histo-
 rico-Theologicam contra eos, qui Lu-
 theraus Ecclesias a Pace publica
 excludunt: evulgavit quoque jubila
 de confessione Augustæ edita &c. VI.
 Cyriacus Herdesianus edidit cyno-
 ram juris Canonici, iconem animæ
 rum, & librum de perjurio.

§. XXXIX.

*Carentonense Calvinistarum Conci-
 liabulum.*

*Act. Eccles.
 des Synod.
 Nat. tom. 2.
 pag. 449.
 Ittig. Sy-
 nod. Car.
 Gall. Ref.
 Vid. supra
 l. 197. §. 27.
 t. 59. p. 91.*

Hoc item anno Calvinistæ in Gallis
 die prima Septembris Carentone
 Synodum Nationalem celebrabant, cui
 Augustus Gallanus Regis nomine præ-
 sens congregatis Præconibus exposuit
 Regem præcipere, ne deinceps contra
 Deputatos, quos Rex Synodis Calvi-
 nianis interesse vellet, reclamarent,
 nec exteros ad Prædicantis ministerium
 assumerent, minus vero Prædicantes
 Galli abs Regis consensu Regno exi-
 rent, & Salbertus Præco Ruppellanus
 qui non modo sine Regis venia, sed de-
 cum Regiæ auctoritatis contemptu ex-
 cessit, ad nullam nec privatam nec pu-
 blicam

Sæc. XVII.
A.C. 1631.

blicam ministerii functionem admitte-
retur, sed in sui exilii loco subsisteret,
Bernardus vero & Bouteroveus fed-
tiosi Prædicantes, eoquod pro libertate
arma contra Regem sumere, ipsisque
Prædicantibus hostes trucidare, lici-
tum esse scripsissent, præter Basnagium
a Synodo excluderentur: Hi tamen ad
Synodi preces demum admittebantur.
Postea Deputati a Rege petebant, ut
Tempora *insligantibus*, ut *ajebant*, *Epi-*
scopto Valentino ejusque complicibus de-
structa iterum erigere, eorumque Præ-
dicantes in omnibus locis, imo & si-
mul in pluribus Ecclesiis, si vocati fue-
rint, prædicare possent. Flagitabant
etiam, ut ob nuperam rebellionem a
publicis functionibus exclusi, vel ad
triremes damnati redintegrarentur, &
Prædicantibus in Bearnia solverentur
salaria. Ad horum preces Rex cer-
tam pecuniarum summam in eorum
Ecclesias distribuendam Ducandaliò
tradi jussit. Postea congregati quos-
dam disciplinæ Ecclesiasticæ articulos
immutarunt, Bearnenses vero Calvi-
nistæ cum Gallicis Ecclesiis in eadem
disciplina uniri, ac Gallicarum Syno-
dorum auctoritati subjici incassum po-
stulabant, eoquod Gallandus nomine
Regis acriter huic petitioni obstitisset.
Præterea hæc Pseudo-Synodus iterum

L 1 2

ite-

Sæc. XVII. iterumque præcepit, ut illi, qui filios
A. C. 1631. suos aut Catholicis Sacerdotibus, vel
 Jesuitis instituendos tradiderunt, eos
 revocari, omni modo satagerent. Cum
 autem in variis urbibus Calvinistæ, u
 in festo Corporis Christi ædium su
 rum parietes aulæis ornarent, tædas
 que accenderent, a Magistratibus just
 essent, & ex Calvinistis nonnulli huic
 præcepto obtemperassent, Synodus in
 hos vehementer excanduit, eoquod
 sui obliti Præpositis suis non sine con
 scientiæ læsione obedierint, honorem
 que Creatori debitum creaturæ detulissent.
 quocirca Synodus, cum ad justum dolo
 rem & amaritudinem ob tantum peccatum
 veræ pietati tantopere contrarium con
 ptam verba ei desint, hosce per Dei vire
 tis timorem, per suæ gloriæ Zelum, per
 viscera misericordiæ dilectissimi Filii Dei.
 & per singularem salutis suæ sollicitudinem
 hortabatur, ut innovato Zelo constan
 tiam, suorumque Patrum fidem imita
 rentur, suamque perseverantiam in be
 no, suæque pœnitentiæ sinceritatem
 ac puritatem, suumque amorem erga
 Dei cultum testatum redderent. Postea
 sancta virtute Consistoriis, ut ejusmodi
 delinquentes corripiant, & Synodis
 ut omnibus Ecclesiæ censuris reos ce
 stigent, & conniventes Parochos non
 modo suspendant, sed cunctis officiis
 præ

privent, injunxit. Vix unquam ma-
gis insulsus, fanaticusque Enthusias-
mus fuit auditus. Præterea, quam-
vis Calvinistæ Catholicos exhibent,
quod Papa vel Episcopi suis fidelibus
jejunii dies præcepto imponant, Sy-
nodus tamen ad *impetrandas Dei gratias*
solemne per universas Gallicæ Calvinia-
næ Ecclesias jejunium ad diem primam
Januarii omnibus *injunxit*.

Porro magnam non modo Catho-
licorum sed & Lutheranorum averfio-
nem in se concitarunt Carentoniani
Præcones, dum unionem cum Luthe-
ranis inire aggrediebantur; quamvis
enim ante triginta annos in sua Mont-
pessulana Pseudo-Synodo severissimis
censuris perstringi decreverint illos,
qui ejusmodi unionem (*) attentarent,
eoquod hæc potius desiderari, quam spe-
rari posset, cum nulla sit Templi Dei
communio cum idolis, indeque duce Reli-
giones confunderentur, ac ejusmodi homi-
nes sub hoc obtentu animas nimium cre-
dulas decipere, easque ab Evangelii Pro-
fessione, fideque avertere molirentur; quam-
vis etiam Carentoniani hunc Montpessu-
lanum Canonem in hac ipsa sua Sy-
nodo

Ll 3

nodo

(*) Hanc Cardinalis Richelius P. Josephi
Capuccini opera usus promovere satagebat,
& ex Hugonotis Saniores exoptabant.

Heidegg.
Dist. select.
t. 3. p. 477.

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

nodo observari præceperint, nihilominus, postquam Burgundiæ Prædicantes sciscitabantur, an Lutheranos ad matrimonia in eorum Ecclesiis contrahenda, infantesque Baptizandos admittere liceat, etsi opiniones Calvinianæ Ecclesiæ contrarias non abjuraverint, non modo id, sed etiam eos ad Calvinianam cœnam admittere licitum esse declararunt, edito hoc decreto: *Quandoquidem Augustanæ Confessionis Ecclesiæ cum ceteris reformatis in omnibus veræ Religionis principiis & articulis fundamentalibus conveniunt, cultumque exercent purum ab omni idololatriæ & superstitionis labe, si qui sint istius professionis homines, qui cum charitatis & veritatis spiritu sacros Ecclesiarum nostrarum cœtus frequentent, earumque communionem expetant, iis sine omni abjuratone prævia liberum esto ad S. Christi mensam nobiscum accedere, matrimonia cum nostræ confessionis sæminis contrahere, & infantes Baptismo tingendos offerre & suscipere, dummodo nostris Ecclesiis in ultimo casu sancte spondeant, se infantes quos de S. Lavacro suscipiunt, neque directe unquam, neque indirecte adversus eam, quam nostræ Ecclesiæ credunt, & profitentur doctrinam sollicitaturos, sed ea duntaxat fidei capita edocduros, de quibus inter nostras ipsorumque Ecclesias con-*

venit. Hoc decretum acriter impugna- Sæc. XVII.
 bant Galli Catholici, Carentonianis ex- A. C. 1631.
 probrantes temeritatem, qua contra
 publicas Regni leges Lutheranos in Fran-
 ciam revocare ausi essent. Hanc in
 rem calamum suum exercuere Nicolaus
 Denets Episcopus Aurelianensis, Ada-
 mus Adolphus Volufius, pluresque alii,
 qui Calvinistis exprobrant, quod hoc
 decreto suum erga Romanam Eccle-
 siam odium testati sint, cum sub ido-
 latriæ obtentu ob realem Christi præ-
 sentiam, ejusque adorationem ab ea
 secesserint, nunc vero Lutheranorum
 communionem quærant, qui tamen
 consubstantiationis doctrinam profiten-
 tur, ex qua Calvinus ipsemet Sacra-
 menti adorationem necessario sequi as-
 seruit, eamque inter primas secessio-
 nis suæ a Romana Ecclesia causas re-
 posuit. Non desunt quidem ex Luthe-
 ranis, qui hoc Carentonianum decre-
 tum tanquam Evangelicæ lenitatis, cha-
 ritatis & prudentiæ miraculum Spiritus
 Sancti ductu patratum insulse effe-
 rant: E contrario autem ex ipsis quam-
 plurimi hoc ipsum decretum tanquam
 Calvinianæ, seu, ut ait Braunius *Cai-*
nianæ fraternitatis fraudisque monu-
 mentum condemnant, eo quod suam de
 cæna doctrinam a Lutheranis appro-
 bari petant, Calvinistas vero a Luthe-
 rano-

Sæc. XVII. ranorum cæna excludant, nisi prius
 A. C. 1631. Lutherum abjurent. Exprobrabant
 alii Carentonianis, quod de pace Lu-
 theranis offerenda egerint, quin prius
 intestina, quibus ipsi circa quosdam
 dei articulos de justificatione &c. labo-
 rant, dissidia componere studuerint.
 Vociferabantur alii, quod Calvinista
 in Galliis hoc suo decreto Lutheranæ
 fidei puritatem depravare conati fue-
 rint, præfagiente ipso Melanchtone in
 epistola ad Ægidium Cæsareum, *quod*
si Lutherani cum Zwinglianis conjungero-
tur, maxima confusio dogmatum & Reli-
gionis secutura sit, præcipue cum Care-
toniani non ea, quæ Christi, sed qua-
sua sunt, quæsierint, aucupantes gra-
tiam Gustavi Adolphi Sueciæ Regis,
quem secta Lutheranum, in Germa-
nia victorem Regique Galliarum foede-
re junctum Calvinistis sectæ suæ liber-
tatem in Imperio procuraturum spera-
bant. Porro ceteris omnibus longe va-
lidius hoc decretum impugnabat Tho-
mas Ittigius, demonstrans, falsum esse
quod Lutherani in omnibus imo neque-
dem in præcipuis veræ Religionis prin-
cipiis & articulis fundamentalibus cum
Calvinistis consentiant, item ex Calvi-
nistarum mente falsum esse, quod Lu-
theranorum cultus ab omni idololatriæ
& superstitionis labe immunis sit, cum

Lutheranas Ecclesias ob adorationem Sæc. XVII.
Christi, usum imaginum, virtutem Ba- A. C. 1631.
ptismi, præsentiam Christi in Eucha-
ristia &c. idololatriæ & superstitionis in-
simulent. Pariter ostendit Ittigius,
quod Calvinistæ non integrum Eucha-
ristiæ Sacramentum administrent, eo-
quod Corpus & Sanguinem Christi ab
ea auferant, cum ergo Sacramenta
sint notæ fidei veræ & doctrinæ, Lu-
therani illæsa conscientia & sine scan-
dalo cum Calvinistis commercia quoad
fidem habere non possent.

Verum ad hujus Synodi recensio-
nem reliquam, unde discessum est, sty-
lus revertatur. Postquam igitur Ca-
rentoniani varia circa suos Prædican-
tes, eorumque stipendia statuerant,
summopere commendabant Aubulii li-
brum, cui titulus *Bellarminus reforma-
tus*, necnon Cottierum ob suum tracta-
tum *de fide primorum trium sæculorum*,
tandem in Prædicantium suorum mo-
res inquisierunt, atque ex illis Josephum
Auburium ob plures falsitates, perju-
ria & scandala, Antonium de Monte
ex Ord. S. Augustini profugum ob di-
versa crimina tanquam stupidum, fa-
naticum & parum sociabilem, Joannem
Durantum ob plura scelera & adulte-
rium, & Tuffanum ob neglectum mi-
nisterium, & indignas actiones depo-
suerunt.

Sæc. XVII. fuerunt. Andream vero Pelloquium
 A. C. 1632. Pompeium Romervillam antea Monte
 chum, Jacobum Chalierum, Davidem
 Burgadeum & Franciscum Lange-
 tum tanquam Apostatas declararunt.

§. XL.

*Varia Principum studia erga Gal-
 lorum Sueciæ Regem.*

Lotich. rer. Germ. l. 45. cap. 1. Jæger. hist. Eccl. l. 2. c. 1. & seqq. Brachel. Hist. l. 4. Annum hujus sæculi trigesimum
 cundum aggredimur successuum
 rietate inter paucos memorabilium
 plerumque tamen Catholicis funestum
 quippe circumfuso undique pavore
 quem tot cladum fama, rapidaque
 Suecici exercitus fortuna incusserat
 ita obtorpuere Catholicorum Prin-
 cipum animi, ut eorum quidam a Cæ-
 saris obsequio, communisque causæ
 defensione deficerent, alii vero parte
 medias arripere certarent, ac primus
 quidem Palatinus Neoburgicus de
 Sueci Regis invasiones ægre, expulsi
 Cæsareis copiis, concessaque trans-
 libertate redimere poterat: Philippus
 vero Christophorus Trevirensis Elector
 cum impetrata Regis Galliarum protectione
 suas ditiones in tuto fore speraret, in
 vito suo Capitulo arcem Confluentinam
 & Philippopolim, Gallis tradidit
 ipsam quoque Trevirin Archiepiscopus

tus Metropolim ejecto Hispano præsi- Sæc. XVII.
 dio tanquam protectionis obsidem eis- A. C. 1632.
 dem committere statuit, non sine ma-
 ximo sui, totiusque Germaniæ dam-
 no. Coloniensis tamen & Baviariæ
 Electores, ut sibi neutrarum partium
 esse liceret, cum Religionis dispendio,
 exutoque Cæsaris obsequio quantum-
 vis a Gallis Oratoribus sollicitati, ob-
 tinere recusabant, unde nonnisi pau-
 corum dierum induciis Maximilianus
 invasionem Baviariæ a Sueco jam diu
 præconceptam differri, ægre impetra-
 verat. Coloniensis quoque Magistra-
 tus, necnon Herbipolensis Episcopus
 iniquis conditionibus sese a bellorum
 injuriis eximere renuebant: Postula-
 bat enim Suecus a Coloniensibus, ut
 Protestantes civitatis jure donarent,
 concessoque libero sectæ exercitio, ad-
 missoque Regis Legato fæderatos Ca-
 tholicos nec pecunia nec comœatu
 juvarent. Ita eo tempore religionis
 extirpatio, & Cæsarei obsequii abdi-
 catio consuetum erat redimendæ op-
 pressionis pretium: Enimvero Franciæ
 Rex sese Suecorum partibus addixe-
 rat, ea lege, ne Catholici in Imperio
 suæ Religionis usu impedirentur: Sue-
 cus vero hanc ipsam fidei libertatem
 haud aliter, quam Ecclesiarum spoliis,
 defectione a Cæsare, & ditionum jã-
 ctura

Sæc. XVII.
A. C. 1632.

ctura vænum dabat, ipsum quoque Ragotsum Transylvaniæ Principem promissa Hungarici Regni parte sollicitabat, ut communi rei Lutheraniæ hono, copias contra Cæsarem, Austriacæ quoque primo educeret: sub idem quoque tempus Buridanem Hungarum Constantinopolin ablegabat, ut Turcas quoque in Cæsarem concitaret. Horum haud ignarus Imperator, recentem militum conscribere statuit, atque Albertum Wallensteinium, reluctantem licet, in primum exercitus sui Ductorem rursus nominavit, eoquod Maximilianus Bavarix Elector ad patriæ suæ defensionem Tillium cum copiis suis in Bavariam movere iussisset.

§. XLI.

*Bavaria a Gustapho Sueco Regi
infestata.*

*Bougeant
Hist. belli
tric. p. 1.
l. 3. §. 39.
Barre hist.
d'Allem.
tom. 9.*

Postquam Gustaphus Adolphus Rex Eleonoram Brandenburgicam conjugem suam Francofurtum reduxerat, Fridericum Palatinum Comitem, qui hactenus in Belgio latuerat, ad se evocavit, eumque Regio honore ac titulis honorari præcepit: Demum inducitur quæ cum Catholicis Principibus facta ratis pactæ erant, expirantibus, Cæloniam nec præsidio nec munitionibus

firmatam urbem tota armorum mole Sæc. XVII.
 opprimere statuit: ubi vero Hornii co- A. C. 1632.
 pias, cui Franconiam infestare præ-
 ceperat, Bambergæ a Tillio fusas
 fugatasque comperit, hac clade per-
 cussus mutato consilio Tillium insequi,
 ac delere, omni ope admissus est, oc-
 cupatisque Crucenaco, Baccheraco
 aliisque inferioris Palatinatus urbibus
 cum triginta armatorum millibus in
 Franconiam movit. Comperto Regis
 adventu Tillius die decima tertia Mar-
 tii motis castris Erlangam perexit, re-
 lietoque Bambergensi Episcopatu in
 Bavariam, magnis itineribus conten-
 dit; illius enim invadendæ Regem esse
 cupidissimum probe noverat: cum e-
 nim Maximilianus Bavarix Elector Ca-
 tholici fæderis Dux tum ob auxilia Cæ-
 sari suppeditata, tum propter arctam
 cum Austriaca Domo amicitiam a cun-
 ctis Protestantibus tanquam præcipuus
 horum motuum Auctor traduceretur,
 hinc Gustavus Rex vindictam de eo su-
 mme, parique aviditate, quæ Cæsarem
 Imperio & Catholicos Religione sua
 exuere moliebatur, hunc quoque Ele-
 ctorem aut sua ditione spoliare, vel sal-
 tem ferro flammaque eam delere consti-
 tuit. Igitur Gustavi Hornii, Vinarien-
 sis Ducis, & Joannis Banneri copiis
 auctus, presso pede Tillium insequitur,
 &

Sæc. XVII.
A. C. 1632.

& Norimbergam ingreditur, ubi a Senatu A catholico non modo liberaliter exceptus, sed etiam duobus belli tormentis omni apparatu instructis donatus, abductis secum in captivitatem P. Capuccinis, Neomarchia Donawertham movit. Præerat huic urbi Rudolphus Lavenburgicus Dux, qui aliquando oppugnantium impetus eludens, cum se viribus imparem cerneret, præsidium militem unacum impedimentis noctu eduxit: Capta hac urbe Sueciæ Rex, cum sibi in Bavariam, Austriamque aditum patefcere cerneret, dimissis aliquot legionibus, quæ Oberdorsium Comitum Fuggerorum Dynastiam, aliaque ignobiliora ad Danubium oppida interciperent, cum majore exercitus parte in Sueviam irrupit: Tillius vero, ut Regi aditum in Bavariam intercluderet, prope Rainam urbem tum oppido munitam castrametabatur, dejectoque ponte, Lyci amnis oram usque ad Augustanam urbem crebris stationibus, collocatisque bellitormentis munivit: Paulopost ipsemet Maximilianus Elector die quarta Aprilis ad castra Monachio discessit.

§. XLII.

Sæc. XVII.
A. C. 1632.*Tillius gravi vulnere affectus.*

Ex adversa Lyci ripa Gustavus Rex
 castra sua Tillio opposuit, tribus
 que aggeribus erectis, sexaginta duo
 majora belli tormenta in Tillianos vi-
 cinam sylvam insidentes continuo ex-
 plodi iussit, majore arborum, quam
 militum frage: cum vero Bavari vi-
 cissim in hostium castra acriter, nec in-
 noxie fulminarent, malaque hujus flu-
 minis fides tutum Suecis vadum dene-
 gare videretur, Rex adactis in flumen
 trabibus nauticum pontem construi præ-
 cepit, interim vero emissis suis copiis
 universum Episcopatum Augustanum
 in citima Lycis parte, aliaque intra Ul-
 mam & Donawertham oppida, præter
 Dilingam, Ginsburgum, Lauingam,
 aliasque plures urbes incendiis, rapi-
 nis, cædibusque per sexaginta circiter
 passuum millia emensus est. Nec pro-
 pterea in castris a mutua tormentorum
 explosione feriatum, ac præprimis Til-
 lii ceterorumque Ducum in confirman-
 dis Boiorum animis adversus hostem
 magis, magisque jam impendentem
 fedulitas intenta discurrebat, cum re-
 pente Aldringerus rei tormentariæ Præ-
 fectus grandioris plumbi globo trajectus
 occum-

*Adl. An-
nal. Boic.**part. 3. l. 17.**Le Blanc.**Hist. de Bav.**t. 4. Pappus**rer. Germ.**epitom. p. 72.*

Sæc. XVII. occumberet. Paulopost ipsum quoque
A. C. 1632. Tillium, cum grandinantes inter solum
 pos ac tubos, interque volitantes tor-
 mentorum globos periculi contempti
 propius Lycum adequitans, hostium
 tentamina exploraret, globus æneus
 minore tubo excussus secundum genu
 dexterum graviter vulneraverat. Tam
 infausto utriusque Ducis casu nondum
 Maximilianus extrema contra Suecos
 experiendi animum abjecerat, cum ve-
 ro ceteri Belliduces perpensa suorum
 paucitate, atque ingruentis noctis pe-
 riculo, animos a prælio alienos præ-
 ferrent, Maximilianus impedimentis
 Neoburgum præmissis, totum exerci-
 tum turbatis minime ordinibus Ingol-
 stadium conduxit, amissis suorum tre-
 ginta, neque pluribus: Hæc demum
 fuit pertinax illa pugna, ac funesta
 clades, qua Maximiliani copias penè
 deletas fuisse, Scriptorum nonnulli
 aut Sueci gloriam augendi studio, vel
 Bavarici nominis invidia abrepti
 fingunt.

§. XLIII.

*Augustana civitas a Gustapho Sueco
 occupata.*

Stengel.
 Comm. de
 reb. Aug.
 c. 73. p. 2.
 §. 18.

Postridie, quam Maximilianus Elector
 castra moverat, Gustaphus Suecicus
 Res

Rex cum quadraginta suorum millibus Sæc. XVII.
 Lyco trajecto Rainam occupavit, ac A. C. 1632.
 die nono Aprilis Dilingam Episcopi Au-
 gustani civitatem in deditionem accepit, Lotich. l. c.
 hancque urbem necnon Binswangium p. 1022.
 ceterasque ad utramque Lyci oram Langen-
 fitas immodicis exactionibus exhaustis, man. Hist.
 incendiisque devastavit, civibus de- Reg. Aug.
 prædationis calamitatem multo auro c. 2. p. 207.
 incassum redimentibus. Vexabantur Adl. An-
 præcipue horrenda crudelitate Ec- nal. Boic.
 clesiastici, ac rustici, qui ædibus part. 3. l. 17.
 relictis per saltus vagari coacti,
 inedia, aeris intemperie, omnique mi-
 seriarum genere magnam partem con-
 fecti periere. Die autem decima octa-
 va ejusdem Mensis Gustavus Lechusii
 castra posuit, ac Fridberga potitus,
 altera die Augustam Vindelicorum,
 quam ex Bavaris sex millia tuebantur,
 aggredi statuit, eo a Lutheranis non
 modo Legationibus, sed & promissis
 invitatus. Comperto Suecorum ad-
 ventu vehementer trepidabant Catho-
 lici, ac ferme omnes, præsertim Sa-
 crorum Antistites, plurimique Reli-
 giosi, necnon Matronæ Nobiliores par-
 tim ad Tyrolis alpes, partim Salisbur-
 gum aufugere, haud ignari, se a Pro-
 testantibus, Suecisque militibus, quo-
 rum minis, ac sævitiis terrebantur, ad
 necem, tormenta, vel libidinem desti-
 nari.

Hist. Eccles. Tom. LIX.

M m nari.

Sæc. XVII. nari. Porro Gustavus primo a Bava-
 A. C. 1632. ris hostilem in modum egregie belli tor-

mentis salutabatur: nihilominus missis
 qui deditioem peteret, tubicine literas ad Magistratum submisit, significans, quod quia non ad opprimendos
 „cives, sed reddendam libertatem
 „venisset, futurum sperasset, quod Urbs
 „hostilia minime molitura esset, cum
 „autem manifestos Suecici nominis ho-
 „stes in præsidium recepissent, extremam
 „quæque experiri fuissent promeriti:
 „vero innoxii simul perirent, Rex de-
 „ves de Regis clementia certos re-
 „deret, si illa adhuc die Bavarum
 „cas cohortes urbe expellerent, et
 „hostile contra Suecos tentarent, et
 „de injuria Regi illata transigerent.
 Perlectis hisce literis Senatus tum
 integro Catholicus, cum Lutheranorum
 civium copiam ac perfidiam re-
 formidaret, nec validioris præsidii spe-
 haberet, literas submissione plenas
 Regem transmisit, contestatus, quod
 „armis resistere haud intenderit, præ-
 „sidiarios vero receperit, eoquod iure
 „menti, quod Cæsari præstitisset, me-
 „mor, id eidem denegare haud potue-
 „rit, illos vero nunc ejicere, suas es-
 „cederet vires, potius ergo Rex ho-
 „nestas deditioem leges concederet
 „ipsusque Bavarum militem ad dilec-

„sum hortaretur, nec tum Senatus suis Sæc. XVII.
 „partibus defuturus esset:„ mox Lu- A. C. 1632.
 therani cives Senatum urgebant, ut
 ejecto præsidio urbem Suecis dederet.
 Ipse etiam Rex Senatoribus denuo in-
 stabat, ut confestim præfidiarios dimit-
 terent, eo quod hi intus numerosæ Pro-
 testantium civium multitudini, foris
 autem victorioso Regis exercitui resi-
 stendo impares essent. Paulopost Re-
 gis Legatus in urbem admissus, cum
 Bavaræ legionis Tribuno Ottone Hen-
 rico de Fugger de Urbis ditione ege-
 rat, eademque pene hora Senatus
 Schellenbergium, Welferum, aliosque
 duos Senatores ad castra ablegabat,
 qui cum Rege paciscerentur. Hos ve-
 ro utpote Catholicos Rex audire de-
 dignatus, Lutheranos quoque adesse
 voluit, quorum in hac pactione potis-
 simum interesset.

§. XLIV.

Deditionis Leges a Senatu Regi pro-
positæ.

Tergiversabantur Lutherani, suos Le-
 gatos Catholicis jungere; privatim
 enim sua cum Suecis consilia cuden-
 tes causabantur, nihil suarum rerum
 hac pactione agi.

Sæc. XVII. Quoniam vero Gustavus Rex pacis
 A. C. 1632. renueret, nisi prius Cæsareus miles
 urbe excederet, hinc Tribunus cum
 Rege agebat, ut cum honore militari
 missionem obtineret: Annuente Rege
 Fuggerus die vigesima Aprilis cum suis
 Ingolstadium perrexit, inspectante
 Rege, qui Bavaros milites his verbis
 laceffiverat: *mei rustici, quid vobis cum
 armis? ad sivism abite & agros vestros
 colite.* Eadem die Augustani Oratores
 Catholici Gustavo sequentes propone-
 bant condiciones. I. Salva sint urbis
 privilegia, ac immunitates. II. Ne
 Ecclesiasticis nec civibus, aut alienigenis
 ad urbem confugientibus molestia
 inferatur. III. Ecclesiæ, Monasteria,
 Collegia, necnon Clerici omnes ac Re-
 ligiosi, penes sua jura, locos, sacra
 ædes, proventus intra extraque Au-
 gustanum pomerium, necnon Catho-
 licis universim omnibus ac singulis
 Religio, ejusdemque exercitium citius
 perturbationem permittantur. IV. Ci-
 vitas Augustana, omnes incolæ, Cleri-
 ci intra & extra mœnia, necnon
 res in urbem receptæ, a flamma rapi-
 nisque sint exemptæ. V. Sacris hono-
 ribus, profanisque omnibus, qui
 curitatis causa alio discefferunt, ad
 postliminio revertendi jus fasque sit
 si vero Clericus, laicus, civis, incolæ

convena, aliorum vellet transferre Sæc. XVII.
 domicilium, id ei liberum sit: citra A. C. 1632.
 tamen tributi tali re ab antiquo pendi
 soliti imminutionem. VI. Veteranus
 miles, qui pro civitatis quiete est aucto-
 ratus, sub ejusdem signis, ac stipendiis
 suam stationem retineat. VII. Sena-
 tus Catholicus, & cives Augustanæ
 Confessionis, tam in iis, quæ ad Re-
 ligionem, quam quæ spectant ad sta-
 tum politicum, in eam conditionem,
 quam annis superioribus tenuerunt,
 reponantur.

Porro Oratores Lutherani ad has
 condiciones altum tenebant silentium,
 suamque sententiam proferre rogati, re-
 ponebant, se habere secreta, quæ cum
 solo Rege conferrent. His auditis haud
 ultra de firmandis deditionis legibus
 agebatur, sed Catholicis cuncta Regis
 arbitrio ac clementiæ relinquere jussis,
 eadem adhuc die Sueciæ legiones per
 rubram, ut vocant, portam sine omni
 repugnantia in urbem admittebantur.

§. XLV.

*Senatus Catholicus a Sueciæ Rege
 exauctoratus.*

Die vigesima prima Aprilis Gustavus Lotich. l. c.
 ex castris suis literas ad Prote- §. 3.
 stantes Senatores dedit, vi quarum om- Brachel. hist.
 nes pag. 210.

M m 3

Sæc. XVII. nes pristinis suis officiis, & dignitatibus restituit, atque exauctorato Senatu
 A. C. 1632.

Catholico, cuncta munia Protestantibus adjudicavit, hancque mutationem civibus una convocatis die vigesima quinta ejusdem Mensis intimari iussit. Eadem hac die Fridericus de Hohenhausen Urbis Gubernator nominabatur, altero vero die Rex unacum Friderico Palatino & Augusto Neoburgico, necnon Joanne Holfatiæ & Vinariæ Ducibus urbem ingressus, per Præconem denuntiari præcepit, die vigesima quarta ejusdem Mensis Regi obsequium ab omnibus esse præstandum. Interim in Ecclesia ad D. Annam Fabritius Præconem Lutheranus concionem, præsentem Regem habuit in hæc Psalmi verba: *super eos miseriam avertuntur, & pauperes inopum miscunt: Ecce! exurgam equidem, inquit Dominus: Ecce! ego auxilium feram, & confidenter docere queatis* (*). Finis hac declamatione Rex equo vectus a Marquardi Fuggeri Palatium descendit, ubi cives magno numero congregati

(*) Ita legunt Lutherani in sua versione quæ tamen nec Hebraico, nec Græco textu consonat, in Vulgata autem ita habetur: *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus: Ponam in periculum salutari, fiducialiter agam in eo.*

gati hanc juramenti formulam præstare Sæc. XVII.
 jubebantur: *Juramus, Regi, & Suevicæ* A. C. 1632.
*Coronæ, nos fidem præstituros, ejus com-
 moda provecturos, incommoda declinatu-
 ros, ad summam, omnia illa promittimus, quæcun-
 que subditi hæreditario tam Domino quam
 Magistratui legitimo, dependere debent,
 ita nos Deus, tam anima, quam corpore
 tenus juvet.*

Enimvero Rex pridie proclamari Ephem.
 jufferat, quod, si qui essent, qui hoc Aug. p. 100.
 juramentum salva conscientia præstare Hierarch.
 non possent, Magistratui se prius siste- Aug. Cath.
 rent, causamque dicerent: nihilomi- pag. 1.
 nus Laici fidem suam Regi obstrinxerunt, partim quod Rex Catholicis præcipue Cathedrali Capitulo, quod illos in sua religione protegere vellet, pollicitus esset, partim quia extrema quæque pertimescerent, cum Rex vigesima nona Aprilis Protestantibus promississet, omnes Ecclesiasticos deinceps a præstandis tributis & exactionibus haud ultra immunes fore, sique vel juramentum præstare, aut gravissimas exactiones solvere recusaverint, omnia sua bona & redditus amissuri essent, Lutheranis potissimam partem applicandos.

Rebus ita dispositis Rex majoribus belli tormentis Augusta abductis die septima Maji Ingolstadtum movit;
 M m 4 prius

Sæc. XVII prius tamen sui milites Fridbergensem
A. C. 1632. urbem & Sacellum D. Afræ deprædati
 sunt, & quicquid sub humo defossum
 latuerat, arte præstigiatoria effoderunt,
 atque in præfato Sacello duos calices
 sub lapidum acervo repositos inveni-
 runt: Die autem vigesima quinta Apri-
 lis Suecorum Tribuni suos milites Ab-
 batiis & Monasteriis imposuere, & qui-
 dem Colonellus Liebenstein cum Le-
 gionis suæ Legato, Centurionibus
 Vexilliferis & triginta gregariis Mo-
 nasterium S. Crucis infedit. Eadem
 vero die duo Sueci Prædicantes im-
 portunius a Canonicis petebant, ut pro-
 sectæ suæ exercitio Ecclesia ad S. Cru-
 cem eis cederetur, quos tamen Lie-
 bensteinus tandem compescuit, asse-
 rens, se cum suis non ideo venisse, ut
 Monasterii Templum occuparet, rem
 eam ad Magistratum pertinere, se in
 ampliore domo vel etiam sub diu posse
 Dei Verbum excipere &c. proin Eccle-
 sias Catholicis eripere, haud necessa-
 rium esse, præcipue cum eis pro pro-
 sectæ usu jam quatuor Tempa essent
 assignata: Nihilominus tamen non se-
 mel Sueci milites Templum summa
 impudentia ingressi, tympanis suis sub
 ipsa re Divina strepitus edidere; Ue-
 mentes quoque Deputati die decima
 Maji, cum Sacerdotem Missæ sacrifi-
 cium

cium offerentem cernerent, exclama- Sæc. XVII.
 runt: hic Sacrificulus hodie ultimo ce- A. C. 1632.
 lebrabit. Præterea Prædicantes a Lu-
 theranis stimulati, ut dirutæ Ecclesiæ
 damnum refarcirent, Canonorum Ec-
 clesiam sibi relinqui, acrius instabant,
 atque Præconum unus trigesima Apri-
 lis die cum quodam cive Lutheranò
 Monasterium, Templumque accessit,
 cunctisque perlustratis petitionem in-
 novavit, Canonicis autem reclamanti-
 bus, sibi generosum vinum porrigi
 iussit, quo liberalius hausto, fallente
 gressu de pariete in parietem titubans
 tandem ex Sacristia quamdam picturam
 sibi donari petiit, eamque ad redimen-
 dam vexam a Canonicis extorsit: cum
 autem Prædicantium importunitatem
 hi Religiosi haud ultra ferre pos-
 sent, cum Laugingero Duumviro aliis-
 que Lutheranis Senatoribus convene-
 re, quod Lutheranis Templum inferius
 cum dimidia inferioris chori & Odei
 parte concedere velint, dummodo Ca-
 nonicis superior Templi pars (pariete
 ligneo sejuncta) cum omnibus Aris re-
 linqueretur: Verum in superhabita hac
 transactione die prima Junii præfatum
 parietem Lutherani dejecerunt, duas
 Januas bipenni perfregerunt, & supe-
 riorem chorum occuparunt: nec his
 contenti die quinta ejusdem Mensis
 M m 5 Aram

Ex Arch.
 S. Cam.

Sæc. XVII. Aram sanctæ Crucis pro majore Lutheranorum commodo destrui, & Sedilia pro more suo inverti jusserunt: *Æge* etiam Canonici ad S. Georgium impetrare poterant, ut solo choro sibi relicto, navim suæ Ecclesiæ Lutheranæ cederent.

§. XLVI.

Alia Canoniorum ad S. Crucem pactum cum Senatu A catholicico circa Ecclesiam suam inita.

*Ex Arch.
S. Cruc.*

Ceterum Canonici ad S. Crucem, post tam graves vexationes a Lutheranis toleratas augustissimum quoque Templum suum novitia profusè sectæ profanari, iniquissimo ferebant animo: eapropter die vigesima tertia Maji P. David Dirhaimer Procurator, P. Anastasius Vöchetius Parochus, ceterique Regulares Canonici ibidem existentes porrecto libello supplici Senatui declararunt, quod mandato licet durissimo morem gerere parati essent, peterent tamen, ut tam Catholici, quam Regularis cultus exercitium, quod nulliusquam in hac Ecclesia ob Regularem institutum, & antiquissimam Parochiam eidem annexam haberi posset, propter attentionem liberum ipsis permanere

hac vero ratione ad Divini cultus usum Sæc. XVII.
 anteriorem chorum, ad quem specialis A. C. 1632.
 janua patet, sibi reservare, & asseri-
 bus claudere, Lutheranis vero ex mera
 benevolentia Ecclesiæ navim unacum
 inferiori choro cedere intendant, ea
 tamen lege, ut eo tempore, quo Lu-
 therani ad sua Sacra eo loco non sint
 usuri, illo libere Catholici ac Canonici
 uti valent; ne vero alter ab altero
 in Religionis suæ usu impediatur, circa
 divini officii horam mutua conventionem
 decideretur: Canonici vero, Senatui
 A catholicis hanc propositionem gratam
 fore, confidant, eo potissimum nomi-
 ne, quod Monasterium caritatis famis-
 que tempore civibus insignem opem
 præstitisset. Die vigesima quinta ejus-
 dem Mensis Ecclesiæ Lutheranæ Cu-
 ratores Monasterium accedentes obla-
 tis, ut ajunt, reversalibus literis pro-
 positas condiciones inire spondebant,
 simul tamen conscio ipso Senatu pete-
 bant. I. Ut Ecclesia unacum Prædi-
 cantis domo nuper diruta Abbatix ex-
 pensis quantocius erigatur. II. Ceda-
 tur Ecclesia Catholica, donec Augu-
 stanæ Confessionis exercitium in recens
 erecta Ecclesia commode institui pote-
 rit, relicto tamen Canonicis choro, eo-
 que asseribus ita clauso, ut nulli ac-
 cessus ad alium pateat, nec etiam in
 hac

Sæc. XVII. hac Ecclesia Catholica quicquam de
 A. C. 1632. struatur, immutetur, vel ædificetur.

III. Designetur Altare pro S. Commu-
 nione, ipsaque Ecclesiæ navis pluribus
 scamnis instruatur, nec Canonici vel
 Catholici ullum Religionis suæ exerci-
 tium ullo tempore habeant, simul te-
 men sacrificiæ loco Prædicanti commo-
 dus aptetur locus, in quem ante &
 post Concionem se recipere valeat. IV.
 Claves ad inferiorem Ecclesiam, nec
 non campana, qua solis Lutheranis uti
 liceat, Curatoribus consignentur. V.
 Quamdiu Lutherani erunt in Ecclesia
 Canonici quiescant, hinc Lutheranus
 ædituus diebus Dominicis & festis
 Mane hora octava, ad meridiem uno
 quadrante ante undecimam, vespere
 uno quadrante ante horam tertiam cam-
 panam pulset, ac finito pulsu Lutherani
 suum cultum pro necessitate & arbitrio
 protrahant, residuo tempore Canonici
 ad suum cultum relicto. VI. Si vero
 Cæna celebrabitur, tunc mane uno
 quadrante ad septimam, & diebus Sab-
 bati vespere uno quadrante ante horam
 tertiam pulsetur: dum vero intra heb-
 domadam funerales conciones, infan-
 tum Baptismi, vel nuptiæ celebrantur,
 vel Confessiones excipiuntur, tunc de
 his ædituus prius Canonicos moneat,
 ne hi impedimento sint. VII. Canonici
 pro

promittant, se interim ædituo de con-^{Sæc. XVII.}
grua habitatione prospecturos. VIII. ^{A. C. 1632.}

Vicissim vero Senatus A catholicus pol-
liceatur Canonicis, eorum Ecclesiam
ædificato Lutherano Templo pleno jure
illis restitutum iri. Attamen Canonici
adeo duras condiciones sibi præscribi
ægerrime ferentes, die vigesima septi-
ma Maji Senatui exposuerunt. I. Quod
exulante Abbate, majorique Canoni-
corum parte ipsi numero pauci in novæ
Ecclesiæ fabricam consentire nequi-
rent, præcipue cum iniquissimo hoc
tempore Monasterium tam graves ex-
pensas ferendo impar esset, aliunde ve-
ro diruta Ecclesia ad Monasterium ut-
pote in ejus fundo erecta semper per-
tinerit, ac nonnisi vi eidem erepta
fuerit, nunc vero abolito Augustanæ
Confessionis exercitio vi reversalium
rursus ad Monasterium redierit, proin-
illam denuo erigere, Monasterium non
teneatur. II. Chorus superior unacum
Altaribus ab Ecclesiæ navi Lutheranis
relictis segregatus Catholicæ Religionis,
Ordinisque exercitio integer relinqua-
tur. III. Destinetur locus ad S. Com-
munionem, non vero scamna multi-
plicentur, eoquod Curatores promise-
rint, quod in Canonicorum Ecclesia nil
ædificare, immutare, vel demoliri velint.
IV. Curatoribus tamen Clavis & cam-
pana

Sæc. XVII. pana ad eorum usum confignetur. V.
A. C. 1632. Catholicæ Religionis officium Divinum
 hora octava finiatur, & tunc primum
 ædituus Lutheranus campanam pulset,
 æque ac pro matutina & vespertina
 Concione. VI. Si vero Cæna celebra-
 bitur, primum præfata hora pulsetur.
 VII. Si vero Præco Lutheranus in do-
 mo adhuc exstante habitare nec vellet,
 nec possit, Monasterium de locanda
 alia domo cum eo conveniat, ædituus
 vero ad pristinum redeat habitaculum:
 circa reliqua jam Canonici a conditio-
 nibus antea a se propositis recedere non
 intendant, sperentque, quod Senatus
 declarationem nuper factam ratam ha-
 bere, ac desuper datæ fidei literas Epi-
 scopo exhibendas Monasterio concedere
 non gravetur: His pactis utrinque fir-
 matis Lutherani in Ecclesia Catholica
 ad S. Crucem Religionis suæ Sacra ope-
 rabantur, paulopost tamen contra pa-
 ctorum fidem scamna inverterunt, &
 Aram sanctæ Crucis vix relicto S. Reli-
 quias extrahendi spatio demoliti sunt,
 unde motis iterato querelis cuncta in
 pristinum statum reducere jussi sunt,
 spreto autem iterato hoc mandato Cæ-
 sar die vigesima octava Aprilis anno
 Christi millesimo sexcentesimo trigesi-
 mo quinto sequens ad eos decretum ex-
 pediri præcepit: *A catholicis Curatoribus*

Sæc. XVII.
A. C. 1632.

ad S. Crucem præter acrem petulantis ter-
 giversationis suæ ac subterfugiorum expro-
 brationem iterato injungatur, ut indictis
 etiam pœnis scamna, destructamque Aram
 in pristinum reponant statum. Insuper Lu-
 therani, inconsultis Canonicis, via facti
 campana majore uti cœperunt, eosque,
 ut pro locatis Bernardi Albrehti Præ-
 dicantis ædibus annum censum sol-
 verent, anno hujus sæculi trigesimo
 secundo compulerunt, quamvis postea
 tertio post anno die vigesima nona Octo-
 bris Otto Henricus Comes Fugger de
 Kirchberg ex Cæsaris mandato decide-
 rit, quod præfatus Præco Lutheranus
 Joanni Præposito ad S. Crucem extor-
 tum hunc censum restitueret, simulque
 ob temerarie motam litem acriter re-
 prehenderetur, eique interminata e-
 tiam severiore pœna ejusmodi ausus
 interdicerentur: Die autem vigesima
 Novembris ejusdem anni inter præfa-
 tum Præpositum & Curatores mutuo
 consensu sancitum, ut hi a prima Ad-
 ventus Dominica quotidie pro tribus
 Sacris vinum & cereos, necnon in
 quatuor solemnitatibus præcipue Pa-
 schatis pro Communicantibus vinum
 & hostias suppeditent, ac ædituo quot-
 annis viginti florenos numerent: vicif-
 sim vero Præpositus interim, donec Ec-
 clesiæ reditus fuerint aucti, benigne ac
 gra-

Sæc. XVII. gratiose Altarium ornamenta submi-
 A. C. 1632. nistret, cetera vero deinceps a Cura-
 toribus subministranda Inventario sac-
 etæ Crucis inferantur, ut Sacrifiæ Co-
 stodi tradantur, relicta tamen utriusque
 parti hæc conventa immutandi sa-
 cultate.

§. XLVII.

*Ecclesia ad S. Crucem Canonicis
 Sueco penitus erepta.*

Verum Gustavo Regi nimis indulgen-
 ter adhuc cum hisce Canonicis
 Senatu Acatholico actum videbatur
 quocirca die vigesima septima Maji
 Monachio Augustam reversus sequens
 mandatum ad eos tum in Monasterio
 degentes transmisit. „Postquam nobis
 „notoria iniquitas, ac violentia Au-
 „gustæ Evangelicis illata innotuit, dum
 „Abbas & Conventus Ecclesiam eis-
 „dem propriam ad S. Crucem eripuit,
 „ac destruxit, hinc æquissimum fore cen-
 „semus, ut loco præfatæ Ecclesiæ idem
 „Abbas & Conventus Evangelicis aliam
 „ibidem erigant, aut suam ipsis ce-
 „dant: proin præcipimus eidem Abbati
 „& Conventui ad Sanctam Crucem vel
 „Conventualibus ibidem existentibus,
 „ut quantocius Ecclesiam a se erectam
 „Senatui & Evangelicis integram una
 „cum

Sæc. XVII.
A. C. 1632.

„cum choro ceterisque cedant, & irrita-
 „tis omnibus in contrarium pactis, vel
 „conventis tamdiu relinquunt, donec
 „destructa Ecclesia, conventus expensis
 „funditus fuerit erecta. Eadem adhuc
 „die, quæ erat Sabbatum, Ecclesiæ Lu-
 „theranæ Curatores ad Monasterium
 „sanctæ Crucis unacum urbis advocato
 „accessere, significantes, quod juxta
 „Suecici Regis mandatum Prædican-
 „tes in Regulari ad S. Crucem Eccle-
 „sia Augustanæ confessionis Sacra tam-
 „diu exercere intendant, donec de-
 „structa eorum Ecclesia fuerit rursus
 „erecta, proin Canonici Religionis suæ
 „cultum alio in loco interim exerce-
 „rent.„ Hoc percepto Canonici, ut
 „desuper deliberare possent, bidui spa-
 „tium sibi indulgeri petierunt.

Verum parendum erat Regis man-
 dato, qui etiam Canonicis ad privatos
 duntaxat parietes pro Divino cultu re-
 legatis die decima quinta Julii campas
 pulsari inhibuit, imo & Catholi-
 corum horologiis silentium indixit.

§. XLVIII.

*Clerus & Catholici a Suecis dire-
 vexati.*

Eadem die novus Catholicos divexan-
 di obtentus querebatur; cum enim
Ephem. Aug. p. 99.
Hist. Eccles. Tom. LIX. Nn de-

Sæc. XVII. decima tertia Julii die Cæsarei inter
A. C. 1632. pesta nocte Fridbergam adorti Sueci
 præfidiarios (exceptis duntaxat quinque fuga dilapsis) una omnes trucidaverunt, mox Sueci ac Lutherani civis Augustæ Christophorum de Au Cathedralis Ecclesiæ Præpositum, Joannem Baronem de Gravenegg Canonicum S. Georgii Præpositum, septem Religiosos, utrumque Duumvirum, septem decem Senatores, ac duos Mercatores totidemque Jureconsultos Catholicos Curiam, captivos traxerunt, ubi singuli seorsim fuere examinati. 1. An domo unquam exierint? 2. An clandestinis consiliis nihil sciverint? 3. An in suis ædibus vel Monasteriis conventus habuerint, & quid ibidem agitatum? 4. An literarum commercium cum exteris habuerint, & quibus ac quorsum scripserint. 5. An fidei iuramentum Regi præstiterint, illudque servarint. 6. An proditionis, utique Cæsari dedendæ rei non forent. Cum vero omnes ab ejusmodi criminibus imputatis omnino innoxii essent, beneficii loco eis concessum, ut captivis duo ad Governatorem pergerent, suam demonstraturi innocentiam. Selecti fuere Baro de Gravenegg & Hieronymus de Imhoff Senior Duumvir, qui quidem ad alloquium haur

admissi, die tamen vigesima quarta ex ^{Sæc. XVII.} carcere cum ceteris dimittebantur, ea ^{A. C. 1632.} lege, ut quivis in sua domo detentus permaneret, nec ad publica munia, nec Divina officia, vel Conciones &c. in publicum prodiret. Sub idem tempus alii Catholici ac Religiosi falso infimulati inter multa verbera & contumelias in vincula conjiciebantur, ceteri vero cives Catholici cuncta armatradere jubebantur. Demum die decima sexta Julii Sueci Fridbergam vivere recuperantes, omnes, quotquot obvios habebant, trucidarunt, cunctisque ædibus direptis urbem sequenti die incenderunt. Tum vero non cædibus, non ætati, non formæ, sexuique parcentes, nullo conditionis distinctu, nulla Templi rei que sacræ habita ratione omnia uno miscebant interitu: Mulieres vitiatæ, Virgines, imo & puellæ viro impares a lascivo milite stupratæ, & quod ne inter barbaros quidem auditum, uxores totis viribus suos Maritos inter brachia stringere coguntur, ut eo commodius a furibundo Sueco trucidari possent: Nec his adhuc satiatæ erant indomitæ grassantium furis, sed altera ac tertia adhuc die, quicquid reliquum erat, subjecto igne combustum, ipsumque Templum, omnesque domus incendio ad sex dies perdurante

Nn 2 in

Sæc. XVII. in cineres redactæ: Lutherani vero Augustæ ex ædium suarum summitate inter effusa jubila & cahinos hanc trægœdiam inspectabant, Suecique Augustam reversi ex direptis miserorum bonis locupletissimas instituebant nudinas.

§. XLIX.

Ingolstadium a Sueco Rege incassum obsessum.

Theatr. Europ. tom. 2. pag. 527. Le Blanc Hist. de Bav. tom. 4.

Adhuc dum Gustavus Rex Augustæ agebat, cum nuntiatum esset, quod Meminga, Nordlinga, & Campidunum, aliaque passim oppida minus defensa obviis ulnis Suecos tanquam infectæ vindices sint complexa. Pariter Suecorum armis Schongavium, Füllena, & Mindelheimium dura necessitatis lege cedebant. Landsperga etiam præsidio destituta deditionem fecerat ea lege, ut persoluto Lytro ab omni injuria, Suecoque præsidio immunis, suis legibus ac Religioni permitteretur: At Sueci urbe potiti cuncta ædium penetralia rimati, cum nullos reperirent thesauros, miseris nova redemptionis pretia haud toleranda imperarunt, cevesque imposito milite, aliisque modis pene innumeris oppresserunt; inde vero a Cratzio strenuo Bavarorum Bellidun

duce die decima quarta Julii ejecti, Sæc. XVII.
 desideratis omnibus Equitibus cum cla- A. C. 1632.
 dis acceptæ reliquiis Augustam profu-
 gere coacti sunt. Interim Rex blan- Bougeant
 dientis fortunæ auram secutus, die vi- Hist. tric.
 gelima nona Aprilis Ingolstadium ag- bell. part. x.
 gressus est, eo majore potiundæ urbis l. 3. p. 229.
 fiducia, quo ardentius Maximilianum
 Electorem, fidei Catholicæ pugilem in-
 victissimum, ac Cæsareæ auctoritatis
 vindicem longe potentissimum oppri-
 mere anhellabat. Positis igitur prope
 patibulum castris legiones suas in a-
 ciem collocat, quas tamen Bavari haud
 irrita jaculatione identidem exceperant.
 Gultavus inde animosior factus, ponte
 parvo, qui Danubii brachio imminet,
 occupato, simul in munimentum, quod
 urbis pontem tegebat, ipsamque pon-
 tem nauticum, per quem ad Maximi-
 liani castra aditus patebat, irrumpere
 statuit, suorumque animos ingentibus
 spoliis promissis ad tam arduam ex-
 peditionem erexit: Ergo aggerem toto
 armorum nisu oppugnant: Pertinax per
 sesqui horam committitur prælium,
 tandem vero trucidato Suevicæ legio-
 nis Ductore, repressi sunt hostes, deside-
 ratis suorum plusquam trecentis, atque
 a Bavaris nonnisi quatuor. Pari fu-
 rore ac successu hostilis Equitatus pon-
 tem nauticum oppugnabat: ast tam
 N n 3 den-

Sæc. XVII. densa globorum tempestas in aggredi-
 fores desæviit, ut capto Liechtensteinio,
 A. C. 1632. editaque ingenti Suecorum strepitu
 Rex cum suis ad castra præcipiti pe-
 dum studio aufugere cogeretur: Er-
 nus ergo urbem oppugnare placuit,
 coactisque ad fossas ducendas rusticis
 ipsemet Rex operas urget, castra ob-
 equitat, dispertitque imperia: cum ad-
 tem improvido periculi contemptu lo-
 gius incautiusque abreptus, ac prop-
 modum (si fas est, contra generosum
 Regem, verum dicere) vincere præ-
 festinus, propius urbem procedens
 tormenti globus equum, cui infederat
 trajecit, ipso Rege in terram projecto
 ac contusi pedis dolorem referente. Ha-
 idem equus diu in arce Ingolstadtensi
 asservabatur in monumentum, quod
 Gustavus Ingolstadtium viderit, non re-
 cerit. Paulopost globus æneus tubo
 grandiore excussus Christophori Ma-
 chionis Bado - Durlacensis caput in-
 frustra discerperat, plurimum Rege co-
 gnati sanguinis interitum dolente, qui
 paucos intra dies tot acceptis cladibus
 fessus, desperata urbis expugnatione
 obsidionem die quarta Maji solvit, et
 plusquam tribus suorum millibus am-
 sis, confusione plenus Reichartzhofen
 contendit, ubi medias inter dapes ex-
 citato rumore de Croatarum adventu
 cum

Sæc. XVII
A. C. 1632.

clam Turrim ad portam, cui a D. Petro nomen, conscendere iussit, ut excubitorem Lutheranum, ne adventantes legiones edito signo proderet, prepedirent; postea Salesius solito maturius portam aperit, emissaque cohorte excubias a foro, necnon cives a bombardis removet, datoque signo binas equitum Bavarorum turmas in urbem admittit, quibus altera pedestris militiæ cohors mox succedens sine omnino pene obstaculo in urbem penetrat. Jussu cives arma deponere, atque undecim Equestres, & duas pedestres legiones in præsidium admittere: Paulopost Cæsar ad civium querelas Maximilianum hortabatur, ut cum ipsis mitius ageret: unde graviore præsidio aliisque exactionibus liberati fuerunt. Maximilianus vero in Superiorem Palatinatum movit, & Sultzbachum de ditione cepit, non multo post a Gustavo recuperatum.

§. LI.

Monachium, totaque Bavaria a Suevis devastata.

*Lotich. l. c.
Annal. Boic.
p. 3. l. 17.
§. 52.
Barre Hist.
d'Allemagne
tom. 9.*

Interea Wallensteinus unico trimestri triginta armatorum millia, quam plurimis ad solum tanti Belliducis nomen undique ad ejus signa confluentibus,

bus, conscripserat, præmissoque Ma-
 thia Gallasio Leitomeritium, Egram,
 adultoque Aprili, Pragam, totamque
 demum Bohemiam eiectione Saxonis
 ad Cæsaris obsequium revocaverat: in-
 de vero gloriose redux copias suas, in-
 vitus licet, Bavaricis jungere satagit.
 Id Sueciæ Rex toto studio præpedire
 intentus, recta Monachium, principem
 Bojariæ urbem, movere decrevit: Igi-
 tur Mosburgo mox intercepto, Landis-
 hutum deditioe cepit, civibus cen-
 tum aureorum millium lytro depræda-
 tionem, incendiumque redimentibus:
 inde castris Frisingam promotis hunc
 Episcopatum licet innoxium pecuniis,
 ac comæatu exhausit: Arma dein in
 Monachium convertit, se hujus urbis
 ruina Magdeburgicum excidium vin-
 dicare, ratum fixumque habens: Ve-
 rum Francici Legati deprecatione pla-
 catus, pollicebatur, Clerum, civesque
 omnes, sacra item & profana ab omni
 incendio, ac injuriis fore innoxia, dum-
 modo cives urbem ultronee Regi de-
 derent. De hoc igitur Regis responso
 per Legatum edocti Monacenses, mox
 missis ad Regem Legatis incolumitatem
 pacti, urbem dedere. Die igitur deci-
 ma septima Junii Rex unacum Friderico
 & Augusto Palatinis, aliisque Ducibus
 urbem ingressus, Electorale Palatium

Sæc. XVII.
 A. C. 1632.

Diar. Aug.
 pag. 115.

Nn 5

occu-

Sæc. XVII. occupavit, exercitu extra mœnia ad-
 A. C. 1632. huc sub tentoriis castra metari iussit:

Ne vero Religiosis injuria fieret, in singulis eorum Monasteriis quatuor milites imposuit, iussitque, ut pro redimendo incendio, civiumque spoliatione Frisingenses ducenta, Landshutana centum, & Monacenses ter centies aëreorum millia deberent, cum autem hi in præsentaneam solutionem plusquam octoginta millia numerari haud valerent, pro residui securitate Rex Canonicos, Religiosos, civesque numero quadraginta duos Augustanae obsides abstrahi præcepit, qui postmodum inter acerba Lutheranorum convitia ad deterrimos carceres detrusi, & per loca varia raptati, integro ferme triennio plurima indigna pati cogebantur: quinimo die vigesima septima Septembris ad ceterorum ludibria Augustanae ex Curia ad publicam domum, ubi choreæ aguntur, deducti sunt, præcedente Tribuno Suevico cum quatuor militibus, & agmen claudentibus alii quatuor, inde vero primum biduo post ad curiam reducti sunt. Non deerant etiam ex Suecis, qui Regem ad devastandam urbem, ac præcipue Electorale Palatium impellerent, quibus responsum respondit, nolle se Gothorum Majorum suorum scævitiâ imitari; horum e-

*nim memoriam esse exosam, eoquod quic- Sæc. XVII.
quid in orbe pretiosum fuisset, devassent, A. C. 1632.
malle se, si fieri posset, hoc Palatium ro-
tis imponere, & Holmiam usque transferre.*

Postridie Rex urbis Ecclesias, ac præcipue armamentarium inspexit, ubi rustici cujusdam perfidia compererat, majora belli tormenta sub humo esse recondita; igitur revulsis ejus jussu asseribus centum quadraginta rara ac pretiosa belli tormenta, in quorum uno triginta ducatorum millia erant abdita, effodiebantur, quæ omnia cum reliquis spoliis Rex Augustam abduci præcepit. Interea vero Suecorum non pauci a Bavaris rusticis per agros passim intercepti fuere, unde eis in multas villas passim ferro flammaque sæviendi obtentus: nec ipsis etiam Monacensibus parcitum; quippe aliquot centum ex vicinis domibus, pagisque igne fuerunt absumptæ: quinimo Monachii cubile, in quo Electoralis gaza asservabatur, præter præstantissimam Bavaricæ Domus Bibliothecam (in scio fors Rege) a Suecis penitus ferme expilatam, & devastatum fuit.

Sæc. XVII.
A. C. 1632.

§. LII.

*Catholici, ac præcipue Ecclesiastici
Augustæ a Suecis dira passi.*

*Ephem.
Aug. p. 80.
Hierach.
Aug. Cath.
pag. 422.*

Postquam Gustavus Sueciæ Rex Mo-
nachio Augustam redierat, Studiosi
Catholici urbe exire iussi, Ecclesiastici
vero, Catholicusque Magistratus, in-
dicta mortis pœna, ac bonorum pro-
scriptione ædibus suis excedere prohibi-
biti sunt, demum Ecclesiastici, ne urbes
pellerentur, eorumque ædes a depræ-
datione incendiisque immunes essent,
haud tolerandis premebantur exactio-
nibus, & quidem Cathedrale Capitu-
lum novem florenorum millia, Capitu-
lum S. Mauritii nongentos viginti
octo, illud S. Petri ducentos, Bene-
dictini ex Abbatia S. Udalrici quatuor
millia: Monasterium S. Georgii trecentos,
S. Stephani quadringentos quinquagin-
ta, S. Ursulæ trecentos, S. Catharinae
quingentos: ad Stellam ducentos, & Je-
suitarum tria millia florenorum dependere
cogebantur. Ab Udalricanis vero, eo-
quod Templum Lutheranorum non di-
ruissent, urbis Gubernator Ochsenfir-
nius non nisi tria florenorum millia ac-
cepit. Die autem octava Maji Joannes
Fridericus Comes de Hohenloe, qui
itidem Gubernator erat, multæ no-
mine

mine quater mille Thaleros Canonici ad S. Crucem indixit, non alia ex causa, nisi quia a Suecis nondum interfecti fuissent, eorumque Monasterium ab incendio & devastatione servatum: cum autem hæc exactio vires Monasterii longe excederet, Gubernator quidem impositam summam in bis mille trecentos, octoginta florenos commutabat: Canonici vero ob pecuniarum inopiam, argenteam Ecclesiæ suppellestem vendere cogebantur. Jam antea ex eodem Monasterio Nicomedes Ruitteres ex Ord. Capuccinorum Apostata, nunc Regius Annonæ Præfectus, præter viginti mille panis cocti libras, cantharum, horologium, scyphum argenteum, & quingentos quinquaginta Thaleros, tresque equos extorsit, exculisque omnibus Monasterii angulis declaravit, quod Suecus Rex omnes præsentis Canonicos morti destinasset, eorumque Monasterium unacum omnibus bonis esset occupaturus, eo quod die septima Aprilis Præpositus Bacheram, secum ablati quibusdam pretiosis, fugerit, & in Monasterio arma reperta fuerint: Enimvero die decima septima Junii ex Comitibus de Hohenloë Gubernatoris mandato Sueci milites, ac duo cives cum licitoribus Monasterium ingressi, omnia abstulerunt
arma,

Sæc. XVII.
A. C. 1632.

Sæc. XVII. arma, ac biduo post cum cæmentariis
 A. C. 1632. inopino irruentes, cunctos perlustrarunt
 angulos, eo obtentu, quod denunti-
 atum esset, pulverem pyrium sub
 Ecclesiæ pavimento eo sine reconde-
 tum, ut Lutherani in ea congregati
 ad diem vigesimam Junii perirent, cum
 autem nihilominus repertum, & nihilominus
 Lutherani contumeliose per urbem
 spargerent, in quinque vel sex locis
 ejusmodi pulverem fuisse effossum, Ca-
 nonici de hac injuria apud Gubernatorem
 questi, nil aliud in responsis habere,
 quam quod ipse suis partibus satisfecisset,
 delator vero fuisset quidam civis
 Lutheranus. Nec tamen propterea vexationum
 finis; quamvis enim Canonicis promissum
 fuisset, quod Religio & bona eorum
 temporalia salva forent, securitatemque
 multo ære coemissent, atque ad solvendo-
 sis mensibus ducentos florenos, quod
 quid auri vel argenti in Monasterio
 esset, conflatum tradidissent, nihilominus
 Sueci pagum Bronnan incenderunt,
 Bacheram exspoliarunt, ac cujusdam
 Canonici Sororem sine omni culpa sine
 ne in collum injecto dire cæsam admittitum
 ludibrium per pagum raptarunt. Die
 decima octava Julii & sequentibus Lutherani
 cives, invito etiam Gubernatore, in Ecclesia
 ad S. Udalricum

rem divinam haberi inhibuerunt, Ca- Sæc. XVII.
 tholicosque eo confluentes illata vi ex A. C. 1632.
 Templo extraxere: alius quidam die
 vigesima ejusdem Mensis in Monaste-
 rium PP. Capuccinorum irrumpens, se
 a Governatore missum mentiebatur,
 ac perlustratis omnibus, hosce Patres
 multis injuriis affecit, proditores &c. no-
 minavit, multa turpia & obscæna verba
 palam effudit, Sacrisque imaginibus
 dejectis, ac inter crebras blasphemias
 diffractis, præsentibus omnibus in loci
 ac Personarum contemptum ad parie-
 tem minxit: Postea tam his Patribus,
 quam ceteris omnibus Ecclesiasticis se-
 vere inhibitum, ne ad munia Paro-
 chialia, infirmos &c. domo exirent:
 cunctis vero Catholicis & Ecclesiasti-
 cis die septima Augusti nova capitum
 exactio imposita est, solisque Catholi-
 cis, nulli autem Lutherano militis ex-
 teri stationes in eorum domibus assi-
 gnatæ, & quidem Jesuitis centum quin-
 quaginta, & Canonicis ad S. Crucem
 centum milites cum sex Tribunis præ-
 ter eorum uxores, meretrices, proles
 & famulos fuerunt impositi, quibus
 die decima tertia Septembris instigan-
 tibus Lutheranis, alii centum pedites
 intrusi sunt, jussique Canonici, ut alios
 octoginta thaleros in singulos menses
 Governatori penderent: Denique vix
 verbis

Sæc. XVII. verbis explicari potest, quanta inhu-
 A. C. 1632. manitate, quot calumniis & menda-
 ciis Lutherani Suecos in Ecclesiasticos,
 Catholicosque stimularint.

§. LIII.

*Juramentum Regi Sueciæ præstan-
 dum atque Ecclesiasticis in-
 junctum.*

*Ephem.
 Aug. pag.
 l. 113.*

Die septima Maji Ecclesiastici, Reli-
 giosi, universusque Clerus jura-
 mentum fidei, Anglicano haud absimile
 Suecorum Regi, ac Sueciæ coronæ
 præstare jubebantur, illis autem, se Deo
 Ecclesiæ, ac Cæsari obstrictos esse cau-
 santibus, Fridericus Comes de He-
 chenloe Gubernator carceris & equitum
 pœnas comminatus, cunctos tanquam
 Regi rebelles habendos esse edixit, se-
 rio postulans, ut prælecta juramenti
 formula, mox responderent, an jurare
 vellent, necne. Ad hæc Ecclesiastici
 ablegato ad Gubernatorem Caspara
 Zeillero Vicario Generali, ac supremo
 Ecclesiæ Cathedralis Præposito, con-
 sulendi tempus sibi indulgere efflagita-
 bant, quo, ægre quidem, concesso am-
 bo hi Præsules diem Universo Clero
 dixerunt, quo una omnibus primo apud
 S. Mauritium, postea in Monasterio
 ad S. Crucem ac demum in ædibus
 Præ-

Præpositi congregatis conclusum est, Sæc. XVII.
 propositum juramentum a nullo Eccle- A. C. 1632.
 siastico, salva Religione, conscientia,
 immunitate Ecclesiastica, Status ho-
 nore & fama, salvisque S. Canonum
 sanctionibus præstari posse, neque se
 unquam commissuros, ut ejusmodi ju-
 ramento Clerici sese obstringerent: ut
 tamen Rex propensum Cleri animum
 cerneret, aliam juramenti formam,
 in quam sine conscientia labe jurarent
 singuli, a se conceptam Governatori
 obtulerunt. Hanc vero acceptare re-
 cusabat Governator, caussatus, indi-
 gnum fore, ut subditi Regi suo nor-
 mam jurandi præscriberent: die igitur
 vigesima quinta Junii, necnon quinta
 Julii rursus ad juramentum adigeban-
 tur, constanter tamen Ecclesiastici re-
 sponderunt, quod aliud, quam nuper
 exhibuissent, juramentum exsolvere
 haud valerent: percepto hoc responso
 Governator, se Regi desuper scriptu-
 rum reposuit. Præter hæc Ecclesia-
 stici hoc anno haud ultra ad præfatum
 juramentum urgebantur.

§. LIV.

Castra Casarea a Suecis oppugnata.

Postquam Joannes Georgius Marchio *Barre hist.*
 Brandenburgicus in Franconia Cro- *d'Allemagne*
tom. 9.
Hist. Eccles. Tom. LIX. Oo na-

Sæc. XVII. nachensem obsidionem non sine magna
 A. C. 1632. suorum clade solvere cogebatur, Re-

Brachel.

Hist. 1. 4.

Annal. Boic.

Sueciæ Norimbergam toto studio con-
 tendit, veritus, ne Maximilianus Elec-
 tor, qui copias suas cum Wallensteinio
 Fridlando conjunxerat, hanc in-
 fidam civitatem eriperet: Igitur in
 Franconia, universisque Imperii statu-
 vis suas copias, necnon Bernardum
 Vinariensem Ducem ex Tyroli Norim-
 bergam ad se evocat, simulque Augu-
 stum Neoburgicum ad Saxoniz Electo-
 rem ablegat, qui eundem in inito in-
 dere firmaret, moneretque, ne Fr-
 landi sollicitationibus cederet: Hic
 nim Cæsari adhucdum insensus, in Sa-
 xoniam penetravit, atque ab Electore
 privatam sui reconciliationem extor-
 quere studuit: Attamen Cæsaris man-
 dato palam oblectari, nondum autem
 unacum Maximiliano die decima Julii
 Neoforo Norimbergam movit, ubi trans-
 Rednizium amnem haud procul a Saxon-
 eorum castris Cæsareo-Bavarus exer-
 citus castra metabatur: Crebris in-
 dimicatum velitationibus, æquata utrius-
 que gloria & dedecore. Pugnam in-
 hellabat Maximilianus, Wallensteinius
 vero Regem in urbe, intercepta con-
 meatus invehendi opportunitate, con-
 fessum famis inedia vel ad fugam, vel
 ad pacem esse cogendum censebat: E-

Sæc. XVII.
A. C. 1632.

confilio Lichtenavium, ceteraque circum oppida infedit, effecitque, ut non modo in Sueci castris, sed in ipsa urbe jamjam ingens annonæ & pabuli inopia esset: Unde Rex copioso Bannerii agmine auctus, nec se diutius intra muros obsideri passus, die trigesima prima Augusti exercitum suum sexaginta millibus validum in aciem eduxit; res tamen adhuc inter velitationes stetit, Wallensteinio prælium detrectante. Gustavus igitur hostium castra oppugnare statuit, ac nocte sequente cum octodecim belli tormentis fulminare cæpit, globis tamen innoxie cadentibus: unde Rex Bannerio graviter faucio castrorum expugnationem ex Furtenfi agro tentare decrevit, exploratorum errore deceptus, qui castra a Cæsareis deserta, paucasque legiones esse relictas nuntiabant. Ergo Gustavus die secunda Septembris munimenta undique invadi jubet, superatur vallum, & maxima Suecorum pars stationi incumbit, quam Bavariæ Elector, Carafa, & Aldobrandinus, & Coloredus tenebant: Frangitur Bavara fortitudine primus Suecorum impetus, magnaque clade fugientium tergis extra castra instat Maximilianus: Wallensteinus quoque & Galassius cum Aldringerio equitatum emittit, Suecorumque terga circum-

Oo 2

Sæc. XVII. cumdari iubet. Tum vero pertinax

A. C. 1632. cruentumque exoritur prælium, donec

Suæci resistendo impares ad vicinam sylvam, sese receperant. Opportune ibidem Rex cum quibusdam legionibus substiterat, qui fugientes increpans prælium instaurari iubet, comminatus belli tormentis trucidandos omnes quicumque pedem referre auderent: Repelluntur Cæsarei Equites ad castra, vicinissim vero Suæci pedites a tergo et a fronte pressi ingentem accipiunt cladem. Adhuc dum victoriæ palma ad utramque partem nutabat, donec Jacobus Fuggerus Bavarus Tribunus cum suo Equitatu e castris in hostem erumpens Suecos in fugam ageret, quamvis longius in sylvam abreptus, sauciusque a Suecis caperetur, paulopost gloriose defunctus. Gustavus igitur desperatione plenus Furtum ad sua castra retrocedere statuit, Oxhenstirnio Norimbergensi relicto: cum autem ipsemet Rex saucius nullum ex suis Belliducibus penes se haberet, Hebronium Religione Catholicum, Virum longa militia efferatissimum rogabat, ut dispersas copias colligeret, ne solutis ordinibus fuga ipso certamine magis cruenta esset. Hebronius vero in Regem ob Catholicorum oppressionem exacerbatum, jam antea suam conversionem tenuerat missionem, nihilominus etiam

*Bougeant
Hist. tric.
bell. tom. I.
pag. 236.*

hosti succurrendum edoctus: *in hac* Sæc. XVII.
unice, inquiebat ad Regem, *necessitate* A. C. 1631.
adhuc tibi lubenter serviam. Porro in hoc
 certamine ad decem horas protracto,
 præter quamplurimos graviter vulnera-
 tos ex Suecis cecidere plusquam duo
 millia: Ex Tribunis Boetius, & Bur-
 tius, captus vero Leonardus Torsten-
 sonas. Occubuere mille circiter ex
 Catholicis præter Jacobum Fuggerum,
 Ferdinandum Carafam & Joannem Ba-
 ptistam Chiesam Tribunos, quorum
 postremus Salisburgum delatus, ibi-
 dem fato concessit.

§. LV.

*Saxonia inferior a Cæsareis recu-
perata.*

Accepta hac clade, copiisque per va-
 rias calamitates oppido imminutis
 Gustavus Rex ex castris suis ad Aiscen-
 se Neostadium movit, Maximilianus
 quoque Elector in Bavariam, Wallen-
 steinius vero in Misniam, ac inde in
 Saxoniam contendit; quippe jam antea
 Papeheimius Magdeburgum, quod
 Bannerus Suecus arcte cinxerat, ob-
 sidione liberatum, solo æquabat, nec
 non in Bremensi ditione Suecos ex
 cunctis urbibus non sine opima præda
 ejecit, postea Westphaliam & Hassiam
 victri-

Sæc. XVII. victricibus armis emensus, in Brun-
 A. C. 1632 vicum irrupit, Colonienfes a Suecorum
 infestatione erepturus: tandem trans-
 misso Rheno Trajectum infausta forte
 obsedit, inde vero cum exercitus
 reliquiis in Saxoniam reversus est. Pro-
 tefacto igitur aditu Wallensteinus Ga-
 lassum cum aliquot Cæsareorum mil-
 bus præmisit, qui plurimas Saxonum
 urbes qua vi, qua deditioe cepit: ma-
 jor autem calamitas Saxonibus in-
 pendit, dum Wallensteinus in Saxo-
 niam cum suis irruerat; hic enim ere-
 guo temporis spatio magnam Electo-
 ratus partem, totamque Misniam suis
 subjecit armis: E diverso autem An-
 heimius Saxonix Electoris Tribunus in
 Silesia ejectis Cæsareis, Gloggaviam
 & Glazam recuperavit, omnemque Si-
 lesiam recuperasset, nisi a Saxone, cui
 salus domestica potior erat calamitas
 aliena, in Saxoniam fuisset revocatus

§. LVI.

Bavaria ab hoste devastata.

*Adlrv. An-
 nal. Boic.
 p. 3. l. 17.*

Interea Gustavus Rex, exercitus parte
 Bernardo Vinariensi Duci versus Me-
 num properanti relicta, cum reliquo
 agmine Rainam oppidum paulo ante
 Bavaris recuperatum expugnavit,
 Landspergam deditioe cepit: dicitur
 inter

interim Christianus Birckenfeldius Co-^{Sæc. XVII.}
 mes Palatinus impune Bavariam cæ- ^{A. C. 1632.}
 dibus ac incendiis devastabat, Maxi-
 miliano ad resistendum impare; Frid-
 landus enim Bavaro suppetias petenti,
 ægre Aldringerum ea lege submitit,
 ut Papeheimius cum valido exercitu
 sese Fridlando jungeret, quo adven-
 tante Aldringerum sibi penitus addi-
 tum, ne Bavaricis copiis Palatinatum
 superiorem invadentibus, cum Cæsa-
 reano milite Danubium trajiceret, ve-
 nit, eumque retro cum suis copiis
 Egram versus confestim retrocedere
 iussit. Inde factum, ut Maximilianus
 Birckenfeldii grassationes inhibendo
 impar, Rainam incassum obsideret, ac
 non nisi Landsperga, Ginzburgo & Kauf-
 burga recuperatis, copias suas in hi-
 berna distribuere cogeretur.

§. LVII.

*Gustaphus Adolphus Sueciæ Rex
 prælio Luzensi devictus ac
 trucidatus.*

Postquam Papeheimius Calenber-
 gam, necnon cæsis Luneburgicis
 Hildesum, Mulhusium aliaque loca
 rapido victoriarum cursu expugnaverat,
 Bavaricas copias rursus in Saxoniam
 deduxit, quibus Wallensteinus valide
 auctus,

*Calmet Hist.
 Univ. l. 150.
 Bougeant.
 l. c. Brachel.
 l. 4. Hist.*

O o 4

Sæc. XVII. auctus. Lipsiam unacum arce ad de-
A. C. 1632. ditionem compulit: quo cognito Gu-
 stavus Rex a Saxone sollicitatus, re-
 licta Bavaria Naumburgum contendit
 inde vero die quinta Novembris per
 Weissenfelsam, Luzam pervenit. Frid-
 landum assecutus. Eodem die Rex
 ex captivis Croatis, Papenheimio
 cum aliquot legionibus a Wallensteinio
 discessisse compererat, unde nequidem
 expectatis Luneburgici Ducis copiis
 Fridlandum ad prælii necessitatem
 gere constituit: Haud segnior ad pro-
 pnam erat Fridlandus, qui confestim
 revocato Papenheimio aciem ad Luzam
 dexteram in aperta planitie instruxit.
 Præluitur certamini velitationibus
 altera autem die Rex toto impetu
 Cæsareos, qui viam Regiam belli ter-
 mentis munitam tuebantur, irruens
 pulso hoste septem belli tormenta oc-
 cupat: inde vi contra Cæsareorum
 lam conversa duas phalanges pedum
 referre compellit, accurrentes autem
 Fridlandici Equites Suecum non sine
 magna clade repellunt, recuperatis
 quas paulo ante amiserant, machinis.
 Horrenda insuper eaque assidua ex tor-
 mentis in editiore loco positis flammæ
 globorumque tempestas Suecis erat de-
 voranda, rarescebant continenti strage
 eorum Ordines, arbores quoque, vire
 quæ

que Regiæ fossis ac tormentis firmatæ, *Sæc. XVII.*
 quo minus Suecorum impressiones hosti *A. C. 1632.*
 nocerent, obstabant: Rex igitur, ut
 suo exemplo nutantes animaret, ipse
 fricco gladio Smalandicam phalangem
 in hostes eduxit, Alberto Saxo-Lauen-
 burgico, qui nuper a Cæsare defece-
 rat, stipatus: Attamen dum longius,
 incautiusque extra ordines abreptus
 Fridlandi aciem exploraturus procede-
 ret, in Equitum Cæsareanorum agmen
 incidit, a quo circumventus, ac in
 brachio saucius, adhuc suos ad forti-
 ter resistendum animabat: tandem ve-
 ro copiose profuso sanguine, animoque
 linq̄i incipiens, Albertum rogabat,
 ut ipsum ex acie ad tutum locum sedu-
 ceret: eodem autem momento a Cæ-
 sareis Equitibus glande plumbea
 in dorso trajectus ex equo procidit,
 altero adhuc pede e stapeda pendente:
 unde per aliquot passus ab equo raptus,
 a quodam Germano Equite no-
 mine Joanne Schnebergio gladio per-
 foratus occubuit. Paulopost occisi Re-
 gis fatum equus cruentus in aciem re-
 currens, nuntiabat, inde vero tantum
 abfuit, ut ex divulgata Regis nece de-
 jecti fuerint Suecorum animi, ut etiam
 Bernardo Vinariensi aciei regendæ mu-
 nus suscipiente, velut furore animati
 ad vindictam accenderentur: Incrude-

Sæc. XVII. scente igitur prælio finistram Cæsareo-
A. C. 1632. rum aciem repellunt, & Croatas Sue-
 corum impedimenta deprædantes in
 fugam agunt. Pari animositate Vini-
 riensis Cæsareos adortus, tredecim
 belli tormenta occupabat, Kniphufius
 quoque, septem illis machinis demor-
 potitus, dextram Fridlandi aciem tan-
 to vincendi ardore impetebat, ut dis-
 solutis ordinibus Cæsarei ad fugam no-
 tantes palmam victoriæ amississent, nisi
 Papenheimius tempestive cum recenti
 milite Bavaro advolans, prælium re-
 stituisset, recuperatisque belli tormen-
 tis, & aliquot hostilium potitus Sue-
 cos ingenti clade protrivisset. Post-
 quam vero hic idem Bellidux tot vi-
 ctoriarum gloria inclytus in primo ag-
 gressionis ardore lethali plaga secus
 femur percussus, ex castris educebatur,
 rursus Cæsarea acies nutare ceperat,
 Octavius tamen Picolomineus cum sua
 legione inter medios hostes septies in-
 ruens, prælium restaurabat, quod den-
 sior primum nebula, ac demum obscu-
 ra nox diremit, præliique exitus victo-
 riam utrinque incertam, ancipitemque
 reliquit: Cæsarei tamen ab hoste sexa-
 ginta reportaverant vexilla. Plus-
 quam novies mille in tam acri diutur-
 noque conflictu utrinque ceciderunt.
 Ex Cæsareis præter Papenheimium &
 Be-

Bertholdum Wallensteinium Ducis co-^{Sæc. XVII.}
 gnatum sex ex præcipuis Tribunis fue-^{A. C. 1632.}
 re desiderati: Abbas quoque Fuldenfis
 crucem pie in hostem præferens, oc-
 cubuit: Ex parte Suecorum præter Re-
 gem Ernestus Anhaltinus Princeps,
 Urslarus, Gerstorffius, Turrianus, Is-
 lerus, Schlickius, Wildensteinius,
 Brache, aliique quamplurimi, nobilia
 prorsus, nec illacrimata suis capita pe-
 rierunt: Demum Wallensteinius reli-
 ctis aliquot tormentis prima noctis vi-
 gilia ex acie excedens, primo Lipsiam,
 dein Pragam ad reparandum exerci-
 tum festinabat, ubi undecim ex illis,
 quos hujus prælii Auctores crediderat,
 capite plecti jussit, hanc severitatem
 interpretantibus nonnullis, quasi pro-
 priam culpam alieno sanguine expiaret.
 Postridie Sueci victis propiores cum
 Regio cadavere equorum unguiculis
 protrito, ac male fædato Weissenfel-
 dam recesserunt; illud postea Witten-
 berga Wolgastam die decima quinta
 Junii anni sequentis delatum, tan-
 dem vigesima secunda ejusdem Men-
 sis Holmiæ funebri pompa terræ man-
 datum est. Maria vero Eleonora Gu-
 stavi uxor, quæ postremo Erfarti Ma-
 ritum suum viderat, Augustam venire
 parabat, ubi die nona Octobris sum-
 mo cum desiderio a Lutheranis oppe-
 rieba-

Sæc. XVII.
A. C. 1632.
 riebatur, attamen vetante Rege cum sua simia, quam in Monachorum contemptum Capuccini habitu vestitam circumducebat, Biberachi permanere cogeatur: accepta autem Mariti morte suam in Suecia Regiam repetens a Regni curis, imo & Christinæ Filia suæ, percelebris illæ Viraginis institutione excludebatur.

§. LVIII.

Suecorum Belliducum molimina.

Lotich. rer. Germ. l. 54. cap. 3. Annal. Boic. l. 17. part. 3.
 Cum interea ad Luzam pugnatur, Gustavus Hornius Alsatiam & superiorem Rheni tractum armis suis subegerat, ac continuato victoriae cursu Benfeldiam, Moltzheimium, Salesstadium, & Haganoam deditione cepit, Colmarienses vero, ut se in pristinam sectæ suæ libertatem reponerent, conjuratione facta Cæsareum Urbis Gubernatorem, ejusque cohortes armis exuerunt, iisque partim captis, partim trucidatis ultro Suecos in urbem admifere: Pariter Fridburgo, Franchentalio aliisque hujus regionis urbibus Sueci potiti sunt. Jam antea Guilielmus Baudisius ad inferiorem Rheni oram excurrrens, in Ducatum Montensem perripit, ac Blankeroga, Windecca & Lintfio ultro deditis, Andernacum

nacum vi expugnavit: inde vero Co-^{Sæc. XVII.}
 loniam versus movens, Tuitium, va-^{A. C. 1632.}
 lidum aliunde munimentum die vigesi-
 ma prima Decembris invasit, valloque
 superato præfidiarios in Monasterium,
 eique adjacens Templum repulit: ubi
 vero ex omnibus ad Rhenum propugna-
 culis, turribusque densa globorum tem-
 pestas effundi cæperat, Baudisius re-
 ceptui canere jussit, desideratisque suo-
 rum pluribus Siburgum se recepit.

Ad hunc quoque annum spectant
 victoriæ Joannis de Werth, qui ex Gre-
 gario milite in celeberrimum Cæsareo-
 Bavarici exercitus Belliducem evase-
 rat. Hic adulto Autumno Suecias co-
 pias, quæ sese a Danubio ad Rhenum
 receperant, tanta clade affecerat, ut
 nonnisi octo Equites mortem evaderent.
 Pariter Mense Novembri Hohenloen-
 sem Comitem ab obsidione Herriedensi
 depulsum luculenta frage confecit, ac
 die decima sexta Decembris ibidem
 Suecum Equitatum adorsus, cæsis,
 captisque quam plurimis, ac decem
 vexillis militaribus ereptis, cum ma-
 gna jumentorum præda, binisque belli
 tormentis in castra victor reversus est.
 Nec his victoriarum auspiciis fatiatus,
 sex Equitum Suecorum peditumque co-
 hortibus Norimberga Onolspachium mo-
 ventes cum suis in insidiis latens ob-
 ruit,

Sæc. XVII. ruit, fufisque quamplurimis ceteras in
 A. C. 1632. fugam egit, ac fugitivos strenue infe-
 cutus, tres legiones, unamque equi-
 tum turmam in deditionem coegit.

§. LIX.

Novæ Turbæ per Gastonem Aurelianensem Regis Fratrem in Gallis excitatæ.

Calmet Hist. Univ. l. 51. §. 146. Lotich. rer. Germ. l. 5. cap. 3. Theatr. Europ. ad hunc ann. Infaustus Aryamensis prælii successus Gastonem Aureliæ Ducem ad tantam compulit necessitatem, ut missum ad Ludovicum XIII. Regem fratrem suum Legato pacem exorare cogerecetur. Tergiversabatur aliquamdiu Rex, Sabaudi tamen Oratoris, necnon Apostolicorum Nuntiorum precibus expugnatus, respondit, se ad reconciliationem cum Matre ac Fratre suo esse propensum, dummodo ambo ad Aulam redirent, nec pro ceteris rebellibus deprecarentur, eoquod hi fratrem seducendo, & seditionem in Regem suum citando venia haud digni essent. Percepto hoc responso Aurelianensis relictus sui condiciones has proposuit: Rex Fratri, Matrique Reginae data venia regiones antea possessas, necnon loca quædam securitatis gratia traderet, & Montmorantio, ceterisque Proceribus in Aureliani partes pertractis vitam veniam

veniam, pristinasque dignitates ac bona redderet, & fratri decem auri myriades concederet, ut Hispanis, & Lotharingis satisfacere posset. Verum Rex rejectis his conditionibus voluit, ut Gasto scriptotenus veniam precaretur, caveretque, quod intra & extra Regnum machinationibus nuntium missurus, nec Hispaniarum Regis, nec Austrasæ Ducis, nec ipsius etiam Matris partibus accessurus, nec etiam pro reis deprecaturus, aut questurus esset, si Rex illos plectere vellet. Subscriptis equidem hisce legibus Gasto, hacque pacificatione die prima Octobris Montpellulani promulgata Lugdunum pervenit; postquam vero Estrangium Comitum, pluresque alios aut gladio aut laqueo rebellionis pœnam dedisse, & præcipue Montmorantium Ducem nuper in prælio saucium captumque Tholosæ capite plexum fuisse compererat, suæ securitati diffusus, denuo in Lotharingiam, ac inde in Belgium secessit, frustra Rege eum promissa omni securitate ad reditum sollicitante. Inde vero Rex graviores turbas veritus, exercitum probe instructum ad Arthesiæ & Hannoniæ fines emisit, non sine Hispanorum timore, quibus Rex quidem aperte bellum nondum indixerat, submissa tamen ingenti pecuniarum vi Batavos

Sæc. [XVII].
A. C. 1632.

Sæc. XVII. A. C. 1632. tavos in eos sollicitabat, ipseque Hispanos ex Archiepiscopatu Trevirensi, capta Graffenberga, Confluentia & arce Ehrenbreitsteiniana, ejiciebat. Postea Roglesio Bruxellas decreto, Chantelupum, qui Reginæ Matri a confessionibus erat, necnon Sangermanum veluti dissidii Regem inter & Matrem Authores sibi tradi petebat: verum Isabella Belgii Gubernatrix nullum sibi in Reginæ Ministros jus esse reposuit. Sic Regis indignatio adhuc inter similitudines hæsit: tota vero offensæ vindicta in Lotharingiam exonerata est; Rex enim fratrem suum insecutus, Carolum IV. Ducem compulit, ut cunctis fœderibus contra Franciæ & Sueviæ Regem initis nuntium mitteret, Galliæ hostes, omnesque inde profugos a suo Ducatu ejiceret, suisque expensis milites pro Germana expeditione suppeditaret, necnon in fidei pignus Steinaum, Marsaliam, & Gemmacum Regi cederet: Firmato hoc pacto, a Francisco Cardinale Lotharingio Caroli Ducis fratre in obsidem oblato, Rex Gallico præsidio Marsaliam munivit, Parisios reversus: Gasto autem Nanceio Bisantium contendit: Postquam vero innotuerat, quod Carolus Dux Nanceium novis firmasset propugnaculis, & Gasto Ducis Sorori nupsisset, Rex

cum valido exercitu in Lotharingiam Sæc. XVII.
 cum Cardinale Richelio redux, præ- A. C. 1632.
 ter plures urbes vi captas Nanceium
 sibi tradi petiit, donec Ducis opera
 Matrimonium Margaritæ tanquam ir-
 ritum fuerit declaratum, Sponsaque
 cum Sponso Regi tradita.

Magis adhuc iniquo animo ferebat
 Rex, quod Albyus, Nemaufensis, Ust-
 censis aliique Ptæfules in partes Aure-
 lianensis Ducis transferint: quocirca
 Urbanum Papam sollicitabat, ut qua-
 tuor Episcopos natione Gallos delega-
 ret, qui in hosce Occitaniæ Episcopos
 inquirerent; Annuit Regis precibus
 Pontifex: verum adversus hanc dele-
 gationem Clerus Gallicanus vehemen-
 ter reclamabat, causatus, hac ratione
 vulnus infligi Episcoporum juribus,
 propter quæ Episcopi in prima, ut vo-
 cant, instantia a suis Comprovinciali-
 bus sint judicandi. Attamen Roma-
 na Curia hoc jus *non usu* fuisse abro-
 gatam contendebat: E contrario Galli
 suas opponebant libertates, vi quarum
 Pontifex Franciæ Episcopos nec Ro-
 mam evocare, nec ut ab aliis, quam
 Franciæ Episcopis judicarentur, com-
 mittere valeret.

Sæc. XVII.
A. C. 1632.

§. LX.

Ludovici XIII. Galliarum Regis pacificatio cum Africa Imperatore.

Lotich. rer. Germ. l. 46. cap. 5. Jam antea Galliarum Rex cum Africano Rege, qui se Africae Imperatorem & Marocenum Regem appellabat, quindecim annorum induciis pacifcebatur; hanc vero pacem quædam Gallus Christianæ Religionis defertor violaverat, dum ex Regia Bibliotheca inter ceteros Codices operæ D. Augustini, & quidem autographis omnia auro, ac unionibus pretiosissimis ornata furto furripuit, atque in Africa in Hispanias transtulit, ubi hunc usque diem asservantur. Cum vero per Barbarorum securitatem plurimum Franciæ commercium promoveretur, hinc Richelius Cardinalis missis in Africam Legatis die vigesima quarta Septembris pacem redintegrare studuit, sub his legibus. I. Omnia mancipia libere dimittantur, nec deinceps Gallus in servitutem redigatur. II. Singuli Mercatores Galli sine tributo novo per hoc Regnum libere negotientur, eadem facultate Æthiopes vicissim per Gallias concessa. III. Gallis liceat per Africae urbes constitare

re Consules, qui Christianorum causas dijudicarent. IV. Unaquæque Religio libertate gaudeat, atque in Gallorum usus Cænobia PP. Capuccinis erigantur. V. Eadem negotiandi libertas exteris Christianis concedatur, si Gallorum merces deferant. VI. Galliarum Rex adversus Africani subditos Hispanis nulla ferat auxilia, nec Africanus arma contra Franciæ amicos vertat. Firmatis utrinque hisce articulis pax inter utrumque Regem refulsit.

Sæc. XVII.
A. C. 1632.

§. LXI.

Nova dissidia inter ipsos Helvetios exorta.

Dum interea Helvetii, Ludovico Franciæ & Gustavo Sueciæ regibus id suadentibus, se neutri parti, fervente Germaniæ bello, adhæsurus pollicebantur, ab exteris injuriis tuti intestina fovebant dissidia: Postquam enim Calviniano-Zwingliana pestis Tigurinos invaserat, hi in Turgoviam, seu Comitatum Provinciale, necnon Appenzellam & Rheintaliam imperium sibi vendicabant, facta inter se transactione, ut tam Catholicæ, quam Calvinianæ Religionis exercitium ibidem esset liberum: Hac conventionem freti

Lotich. l. c.
l. 52. c. 3.

Pp 2

Tigu-

Sæc. XVII. Tigurini Turgoviæ, Ecclesiasticum fuerunt Præconum consistorium aperuerunt; Rheintalenses vero sibi ab antiquo jus competere asseriebant, ut Petro Rocho fatis functo ipsi alium ex suis absque ulteriore confirmatione, nominarent, ea tamen lege, ut circa quantum plures Parochias Abbatis Sangallensis consensus & confirmatio accederet. Utrumque tamen jus, quod sibi tantum Tigurini, quam Rheintalenses arrogaverunt, jam anno Christi millesimo sexcentesimo quarto, & rursus hoc anno in controversiam trahebatur, occasione inde sumpta, quod anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo nono quædam Abbatis Sangallensis subditam feminam sibi affinitate spirituali conjunctam duceret, Abbas vero Pius nomine hæc nuptias omnino irritas declararet, nisi legis veniam sponso vel Constantiensi Episcopo, vel Nuntio Pontificis obtinerent. Mox Tigurini Præcones, sponso, utpote Calvinianæ jurisdictioni obnoxios, Tigurino Consistorio subduci, & Abbatem in Religionis causa limites præfixos transgressum vociferari cæperant. Ut igitur contrario actu existimatum jus suum resuscitarent, sequenti mox anno duobus Abbatis subditis secundo & tertio affinitatis, & duobus aliis tertio & quarto

*Hottingeri
Hist. Eccl.
Helvet. l. 7.*

quarto consanguinitatis gradu irretitis Sæc. XVII.
 matrimonium contrahendi licentiam A. C. 1632.
 gratiose concesserunt, reclamante idem
 Abbate, qui Rheintalensis Præ-
 fecti opera usus, hæc matrimonia in-
 terdicto vetuit, & Calvinianum Paro-
 chum, quem Altstettenses inconsulto
 Abbate nominabant, sua Parochia pri-
 vavit, simulque Præconibus vivendi
 normam præscribens, Calvinistis Tem-
 pla inter Altstettam occlusit: Hanc in
 rem eodem anno habebantur Frauen-
 feldæ comitia, ubi Abbas Turgovien-
 ses & Rheinthalanos utriusque Reli-
 gionis subditos (prout ante Calvini se-
 ctam ufuvenerat), duntaxat ad Con-
 stantiensem Senatam Ecclesiasticam re-
 mitti, sibi que inspectionis jus æque in
 Calvinianos, quam Catholicos subdi-
 tos restitui petiit. Eidem suffragaban-
 tur Constantiensis Episcopi Oratores,
 eo ablegati: Hujus causæ decisionem
 Calviniani ad alium conventum remit-
 ti, cuncta vero jam in pristino statu re-
 linqui petebant, Lucernates autem, Urii,
 Svicenses, Underwaldenses, & Zugii,
 necnon Glarusani Religione Catholici
 sententiam dixere, vi cujus decisum,
 ut omnes Calvinistæ in Turgovia &
 Rheinthalia coram Constantiensi, ut
 vocant, Consistorio respondere tene-
 rentur, & Abbati pristinum Parochos
 P p 3 in

Sæc. XVII. in Superiore Rheinthalia constitutum
A. C. 1632. jus assertum esset: hanc igitur sententiam
 quinque hi Ordines Catholici literis ac sigillis roboratam Episcopo Constantiensi & Abbati insinuarunt, quam etiam Abbas die decima quarta Novembris promulgari jussit. Quamvis hæc lis plurium, scilicet quinque Ordinum suffragio contra unicam partem nempe Tigurinos fuisset decisa, reclamabant tamen Calvinistæ, causantes quod hi quinque Ordines utpote eidem Religioni Catholicæ addicti unicam duntaxat partem constituerent. Antea igitur partium odiis, Sedis Apostolicæ Nuntius, necnon Catholici Principes oppressis opem suam obtulere, ac præ primis Franciæ Rex Rohanæum Ducem & Jacobum Staffium eo ablegavit, ut selectis utrinque duobus arbitris res amica transactione componeretur. Horum ergo opera, communi consensu die septima Septembris decisum est. I. Tigurinæ Religionis libertas sit permessa apud Turgoviæ & Rheinthalia subditos. II. Diffidia circa sectam Calvinianam ex æquo absque fori strepitu per amicam compositionem, vel arbitros utrinque selectos decidantur. III. Apud Consistorium Constantiense Catholici, & apud Tigurinum Calvinistæ in causis Matrimonialibus compareant.

sique accusatus sit Catholicus, judicem Catholicum, si Calvinista Calvinianum interpellat. IV. Calvinianis superioris Rheinthalæ, Prædicantem ex Helvetia seligendi jus esto, ita tamen, ut Abbati duos proponant, relicta eidem libertate, ex his unum seligendi. Cum autem contra hos articulos circa Matrimoniales causas Abbas, necnon Fridburgenses & Solothurnii Judices reclamarent, caussantes, quod Sangallensis jurisdictio in Turgoviam nec Helveticæ Societatis legibus, minus vero Tigurino Consistorio subjecta esset, hinc inter partes convenit, ut quinque Catholici Ordines interim hos articulos admitterent, donec forte in proximis comitiis decretum conderetur, quo, ne posthac diversæ Religionis subditis matrimonium contrahere fas esset, interdiceretur. Paulopost tamen Tigurini contra quinque Catholicos ordines circa Religionis exercitia novas movebant querelas, ac demum Calvinistæ quinto post anno in Elgovienli conventu impetrarunt, ut Tigurinis adjudicata jurisdictione, deinceps, matrimonia inter patrilinos & Baptizatos, & inter consanguineos tertii gradus, necnon inter affines in secundo - tertio gradu valerent, nec ejusmodi matrimonia penitus dissolvi possent, ac denique

Pp 4

Bal-

Sæc. XVII.
 A. C. 1632.

Sæc. XVII. Balgacensibus, Marbachianis, & Sa-
A. C. 1632. Margarethanis integrum esset, ex Hel-
 vetis, consentiente Abbate, Præconem
 eligere, ita tamen, ut hunc Abbatem
 sisterent, ab eo confirmandum.

§. LXII.

*Novi motus inter Solothurnios &
Bernates.*

*Lotich. l. c.
 Priorat.
 Hist. di
 Ferd. II.
 p. 1. l. 8.*

Vix sopita erant Tigurinos inter & Ca-
 tholicos Ordines dissidia, cum motu
 gliscerent exinde orta, quod Tigurini, &
 Basileenses Calvinistæ hoc anno duces
 tos præfidiarios Mulhusio Alsatia civitatis
 imponere decrevissent, & Bernates quo-
 que pro sua parte quinquaginta milia
 tes eo nomine emitterent. Verum hi
 cum Clausam insalutatis Solothurniis,
 ad quos hic aditus spectat, transirent,
 inopino impetu a duobus Præfectis So-
 lothurnianis cum validiore agmine in-
 vadebantur, atque in arctum quemdam
 locum propulsi, tum strictis ensibus,
 tum bombardis hostilem in modum ex-
 cepiebantur. Profugerant alii trans toe-
 rentem, alii vero injectis hastis ex ponte
 dejecti trucidabantur: ceteri vero in-
 ter sæda convitia spoliati, in custodiam
 abripiabantur. Re comperta Solothurni-
 ni confestim Legatos suos Bernam de-
 creverunt, qui hanc violentiam incho-
 Mag-

Magistratu factam deprecarentur. Ve-
 rum Bernates Calvinistæ in furias acti
 postularunt, ut Solothurnii aut Parricidas traderent, aut ipsimet illos capite plecterent, cæforum uxoribus, liberisque satisfacerent, vulneratis vero & spoliatis damna compensarent, hisque conditionibus adimpletis, quid Bernates ultra decreturi essent, tunc primum præstolarentur Solothurnii: cum autem hi leges a sibi æqualibus præscribi haud paterentur, Bernates, quia illis potentiores, mox undique Solothurnios cinxere, interclusisque aditibus annonam eis denegarunt, unde Solothurnii ad extremam famis calamitatem brevi fuere redacti. Ingravescentibus indies hisce dissidiis ceteri undecim Cantones seu Pagi rem componere adlaborabant, habitis hanc in rem Badenæ tribus comitiis, ad quæ Franciæ Rex a Catholicis imploratus, suos Legatos decreverat. Hos intererat Rohanæus Dux ex Rhætia eo profectus, qui habita oratione dissidentes ad pacis studium egregie hortatus est, eisdem hæc proponens: „Nihil est inter mortales ad collidendos animos „potentius, aptiusque, quam Religio- „nis diversitas, unde omnia nimis ca- „lida consilia, quæ sub hoc obtentu „inspirantur, sunt evitanda, potius ergo
 Pp 5 „Majo-

Sæc. XVII.
 A. C. 1632.

Sæc. XVII. „Majorum exempla imitami, qui mu-
 A. C. 1632. „tua concordia vobis libertatem per-
 „perunt. Absit igitur, ut per cruen-
 „tam vindictam vos veros esse Christia-
 „nos demonstretis: salutari Regis ma-
 „consilio attendite, non autem fusu-
 „rationibus illorum, qui sub Religionis
 „obtentu vos in fatalem ruinam præci-
 „pites agunt. Hi enim, qui ob am-
 „bitionem haud tolerandam per un-
 „versum Orbem fidem Catholicam ex-
 „tremo exponunt periculo, quid alia-
 „gant, nisi quod neque Ecclesiæ sue
 „Capiti convitiis, neque Christianis
 „mo Regi parcant, cum tamen hi, qua-
 „tum in ipsis est, omnia impendant, ut
 „ab aliis corrupta, in rectam semitam
 „revovent, emendentque. Enimvero
 „hac tempestate per Germaniam fides
 „Catholica nullam habere securitatem
 „videtur, nisi sub patrocínio Christia-
 „nissimi Regis, qui quidem fidei Ca-
 „tholicæ conservationem inter præci-
 „puas reponit curas, adeo, ut Prin-
 „cipes, Ordinesque, etiam adversari-
 „Religionem profitentes, in solius, et
 „que unici Regis auctoritatem oculo-
 „conjicientes, in locis a se occupatis
 „Catholicæ fidei exercitium permittant
 „liberrimum: Unde, absque Regis pa-
 „trocínio jam pridem hæc Religio sub
 „graviori discrimine periclitaretur.

Post

Sæc. XVII.
A. C. 1632.

Postea Rohanæus in Regis encomia liberaliter effusus, Bernatibus promisit, quod Rex proxime ad componenda hæc diffidia alium Legatum eo decreturus esset. Percepta hac Regis sollicitudine Catholici ad reddendam pacem nil reliquum fecere, Calvinistæ vero pertinacius instabant, ut Solothurnii Parricidas capite damnarent: dum autem in delinquentes mitiorem sententiam fuisse pronuntiatam inaudierant, jurabant Bernates, se rescissis fœderis mutui tabulis Solothurnios pro peregrinis habituros. Incassum Solothurnii opponebant, quod domesticorum, fratrumque suorum sanguine, ubi scelus mitiori pœna sat elui posset, manus polluere exhorrescerent, nihilominus Bernates vindictæ suæ flammam haud aliter, quam Catholicorum cruore extingui posse declararunt. Eapropter ceteri undecim Ordines tandem has reconciliationis leges proposuere: Restituta annonam advehendi libertate Philippus a Roll Bechburgi Præfectus necnon Hensellus ejusdem famulus perpetuo multentur exilio, si vero intra Ordinum fines reperiantur, capitis pœna plectantur, Præfecti bonis nihilominus in fiscum redactis. Ursinus vero Brunnerus Falckenstenæ Præfectus sexennalem proscriptionem subeat, & perpe-

Sæc. XVII. perpetuo a publicis excludatur officiis.
A. C. 1632. Hi vero, qui miseros de ponte dejectos
interfecerunt, in custodiam redacti pro
culpæ merito severe plectantur; qui
vero convitia & calumnias in eos spars-
erunt, publice palinodiam canant
damna vero ex proscriptorum bonis
compensentur, ac tandem mutua sit
præteritorum oblivio. Has leges So-
lothurnii prompto animo acceptarunt.
Calvinistæ vero reclamabant, his Ca-
tholicorum pœnis effuso Calvinistarum
sanguini nondum satis parentatum ratio
tanto igitur cruoris aviditati cedens
compulsi Solothurnii, quosdam ex reis
mortis supplicio affecerunt. ut tandem
Bernatum vindictam cruentis illorum
victimis placarent.

§. LXIII.

*Christianus Guilielmus Marchio Bran-
deburgicus ad fidem Catholi-
cam reversus.*

Brachel.

Hist. l. 4.

*Adl. An-
nal. Boic.*

part. 3. l. 17.

*Kraus exem-
pla convers.*

cap. 13.

Eo tempore, quo Gustavus Suecic
Rex Lutheranam sectam tuendi ob-
tentu usus, Germaniam invaserat, Chri-
stianus Guilielmus Marchio Brande-
burgicus Magdeburgensis Administrato
eandem sectam, cujus beneficio Hales-
sem Episcopatum usurpaverat, hoc an-
no die trigesima prima Maji abomina-
tas

tus est: Jam enim Principum nonnulli Sæc. XVII.
A. C. 1632.
sectarias novitates nauseare cæperant,

quos inter Joannes Ludovicus Nassovius Princeps, & Rupertus ante triennium Viennæ, Eduardus ejusdem frater, ac Friderici V. Palatini Comitis filius in Galliis, necnon Franciscus Carolus Henrici Saxen-Lauenburgici Ducis Frater anno priore ejuratis erroribus ad sinum Ecclesiæ Apostolico-Romanæ reversi fuerant. Hoc ergo anno pariter clementissimum Numen Christianum Brandenburgicum olim accerrimum Lutheranae sectæ Pugilem pari felicitate beabat; cum enim in Magdeburgensi expugnatione a Tillio captus Neostadium prope Viennam abducetur, in eodem secessu crebro a Religiosis salutabatur, ac cum illis non raro de fidei capitibus sermones conferebat, tandem vero agnito errore humana Lutheri somnia detestatus, Catholicam Religionem sincero animo complectebatur, in Sacello aulico solemnè pompa Catholicam fidem publice professus. Ne vero Religionis mutationem obtinendæ liberationis studio fecisse videretur, etiam postquam libertati redditus erat, potius in Catholicis Cæsaris conditionibus remanere, quam ad suos reverti maluit. Ea res vehementer usit reliquos Protestantes, ac præcipue
Gusta-

Sæc. XVII. A. C. 1632. Gustavum Regem, qui verbis ac literis suam indignationem patefecerat, aut magnanimus Marchio potius Dei honorem, animæque suæ salutem, quam unius Regis favorem respexit. Edidit hic Princeps præclarum sopesua conversione librum, cui titulum præfixit: *Speculum Brandenburgicum.*

§. LXIV.

Principum, ac Belliducum obitus.

Lotich. l. 45. cap. 1. Sobieski comm. Chotinenf. Piaficc. in chron. Bell. Laur. Aust. Ineunte hoc anno Sigismundus III. Polonorum Rex in tam gravem incidit morbum, ut Regni Proceres de eligendo Successore Warfoviæ deliberarent, Catholicis ac præcipue Ecclesiasticis Religione Catholicum, Protestantibus vero suæ sectæ addictum proponerent. Harum simultatum beneficio usus Gustavus Sueciæ Rex, per Jacobum Ruffelium Legatum suum regium hoc diadema sibi asserere adlaborabat, inscius Poloniæ legis, vi cuius ille, qui Rege adhuc vita superstitem coronam prensaret, tanquam patriæ proditor damnaretur: quocirca Sueniæ petitio a Proceribus omnino rejecta est. Tandem Sigismundus Rex cunctis morientium Sacramentis pie munitus die trigesima Aprilis humanis, quibus totius Regiminis sui tempore acriter jaetabatur,

tur, calamitatibus ereptus, pie in Do- Sæc. XVII.
 mino obdormivit, cui successorem de- A. C. 1632.
 dere Proceres Uladislauum IV. magni
 Parentis Filium primogenitum, qui
 rebus in adolescentia fortiter pruden-
 terque gestis sibi ad diuturnam pacem
 aditum pandebat. Præfuit Sigismun-
 dus Regno quadraginta quinque annis,
 anno ætatis suæ sexagesimo sexto de-
 functus.

Ejusdem hujus anni vigesima nona
 Novembris die inconstantis fortunæ vi-
 ctima cecidit Fridericus V. Palatinus
 Elector a Cæsare exauctoratus: cum
 enim propria ambitione, pravisque Au-
 licorum consiliis, & vanis Astrologo-
 rum promissis delusus, Bohemicum
 diadema sibi imponeret, primus tur-
 barum Germanicarum Author prælio
 devictus, suis Provinciis avitisque di-
 gnitatibus exutus, duodecenne exi-
 lium pati cogebatur: cumque nihil
 propius esset, quam ut a victore Sueco
 restitueretur, comperta liberatoris sui
 nece in extremum mærorem, febrim-
 que periculosam incidens, Moguntiaë
 die vigesima nona Novembris miserr-
 mum vitæ suæ curriculum absolvit, post-
 quam promeritas usurpationis suæ pœ-
 nas dederat, eo redactus, ut ex Pala-
 tino Electore Rex, ex Rege mendi-
 cus

Sæc. XVII. *cus aliena liberalitate sustentatus, ac
A. C. 1632. propemodum nihil evaderet.*

*Vid. supra
lib. 196.
§. 23. t. 58.
pag. 443.*

Meliore fato, ac longiore vita dignus die decima tertia Septembris Tyroli decesserat Leopoldus Austriæ Archidux, Princeps togata prudentia fortitudine militari, immoto Religionis studio, insignique in Deum pietate longe celeberrimus. Hic dimisso Palataviensi & Argentinensi Episcopatu Clavdiam Ferdinandi I. Etruriæ Ducis Filiam duxerat, ex qua duos Filios mascululos suscepit anno ætatis quadragesimo sexto defunctus. Sub idem ferme tempus Carolus Hispaniæ Princeps ingentis animi juvenis, ac nonnisi summa quævis natus, naturæ debitum solvit: Fertur eum fuisse veneno sublatum, eo quod Regi Fratri suo de aucupanda corona suspectus esset. Hos accelerante fato præcessit Mauritius Hassiæ Lndgravius, qui Eschwigæ die decima quinta Martii ferme sexagenarius obiit. Pariter in Ruremundanæ obsidione Ernestus Casimirus Nassoviæ Princeps glande trajectus decessit. Notiori mortis genere animam reddidere Augustus Dux Palatinus Sultzbacensis apud Francos, & Fridericus Dux Lorentecanus apud Augustanos, necnon Franciscus Aufrasiæ Dux, alias Valdemontius dictus. Præterea Austriæ Ducis

Ducissa, item & Guastallæ Dux Vien- Sæc. XVII.
næ e vita emigrarunt. A.C. 1632.

Porro speciali mentione dignus est obitus Joannis Tzerclas Comitis Tillii, & Godefridi Heurici Comitis de Pappenheim, cum ambo essent viri, in quibus magna erat pietas, etsi castra fuissent secuti. Horum prior a teneris annis singulari in Deum pietate clarus, Beatissimam Virginem Oetinganam per totum vitæ decursum eximie coluit, ibidemque quotidianum Missæ Sacrificium perpetuo celebrandum instituit, atque eidem monile gemmis præstantissimum sibi ab Isabella Belgii Gubernatrice donatum in filialis amoris sui pignus, præter mille rosatos (ut vocant) nummos ab Hamburgensi urbe ultroneo dono acceptos consecravit. Adolescentior factus pro Deo, Cæsare & Maximiliano Electore Bavaro non sine generoso vitæ contemptu militans, plurimas propterea de hoste victorias reportavit, tandem accepto ad Lycum vulnere Ingolstadium delatus, cum præsens haud amplius gladio, pene moriens consiliis suis dimicantes Bavaro-Cæsareos adjuvit, quin propterea præcipuum salutis suæ negotium negligeret: tanto enim spiritus fervore tantaque animi fortitudine, sicut olim ad prælia, ita nunc ad extremam mortis

Hist. Eccles. Tom. LIX.

Qq lu-

Sæc. XVII. luctam se accingebat, ut suprema vitæ
 A. C. 1632. linea, sanctum æque ac generosum
 anteactæ vitæ decursum referret: Ipse
 quoque conscientiæ suæ arbitrum
 nebat, ut in supremo conflictu ei
 Psalmi verba: *in te Domine speravi*
 identidem suggereret: die autem
 gesima Aprilis perceptis omnibus
 rientium Sacramentis resectus, con-
 verso ad Christi patientis effigiem
 placidissime animam efflavit, anno
 natus septuaginta tres: Ejus funeri
 rentabant lacrimis suis præcipue
 far, Baviaræ Elector, omnesque Prin-
 cipes Catholici, quorum causam sup-
 mus Catholici exercitus Bellidux
 tos annos feliciter gesserat. Nemo
 ætate, aut magnitudine rerum
 rum, aut nominis sui gloria apud
 mos juxta infimosque Tillio par
 Heros perpetuo sobrius ac cælebs, se-
 per tamen adeo pudicus, ut hanc con-
 tinentiæ laudem ne ipsi quidem ho-
 ei detrahere auderent: omnium
 que vitiorum osor, alienæ impro-
 tis impatiens, justis tenax, ac integ-
 propriique peculii in causas pias
 fusus, qui pauperi propior, quam
 lento ex alienis ditescere abhorru-
 Facebant igitur Tillianæ gloriæ
 qui ingentia ejus facta variis calum-
 impetere, eumque adversus plumbeas

mortem diabolicis incantamentis innoxium spargere non erubuerunt. Immo-
 enim Tillii in Deum fiducia, provida fa- Sæc. XVII.
 gacitas, intrepidus ipsius animus, ac sin- A. C. 1632.
 gularis militum amor, a quibus vul-
 go dictus Pater, & a quo nonnisi Filii
 sui nominabantur, hunc Heroem inter
 tot clades & prælia innoxium ferva-
 bat. Non minus gloriosam mortem
 pro Religione ac patria oppetiit Pap-
 penheimius inter generosos sui ævi he-
 roes merito recensendus, qui in Lu-
 zensi prælio fortissime dimicans, ac
 tormenti pila ad renes trajectus, die se-
 ptima Novembris ex vulnere post me-
 diam horam in rheda, qua Lipsiam
 deferebatur, anno ætatis suæ trigesi-
 mo octavo decessit, plenus gaudii, quod
 Gustavum Regem paulo ante interfe-
 ctum comperisset, ejusque nece victo-
 riæ palmam, quam suo sanguine riga-
 verat, in Cæsaris favorem brevi ma-
 turaturam sperasset. Erat plane Bel-
 lator in paucis magnanimus, felix,
 sapiens atque imperterritus, centenas
 ut minimum palmas promeritus, qui
 totidem in corpore cicatrices ex vulne-
 ribus pro communi Religionis, Cæsa-
 risque salute acceptis, numerabat.

Sec. XVII.
A. C. 1632.

§. LXV.

*Ludovici de Balsac liber a Facultate
Theologica Parisiensi censuris
notatus.*

*Argentre
Concl. Et
Jud. Facult.
pag. 354.*

Edidit Joannes Ludovicus Guez Balsac librum, sub titulo: *Principia* cuius eloquentia sicut multorum orationum, animosque in se rapuit, ita etiam doctrinae novitas plurimum officiosum excitavit: fama igitur ad Facultatem delata, hæc jam anno priori duos dies signabat Doctores, qui hunc librum maturo subjicerent examini: ad hoc relationem Facultas die secunda numerarii censuit, Authorem, ut libri errores corrigat, per suos Amicos commendandum, eique propositionum, quæ minus sanæ videntur, indiculum exhibendum, priusquam severius in illud quidquam agatur. Re comperta Balsacus ad S. Facultatem has dedit literas: *Cum primum mihi renuntiatus a venerandi Patres, quædam in Principe a vobis animadversa esse, quæ offensivæ aliquid habere viderentur, nihil antea duxi, quam ut vobis primo quoque tempore satisfacerem, quod jam dudum eadem fecissem, nisi me in ipso conatu mens, ac diuturnus morbus opprimeret, quo sum ab ineunte anno in hunc*

diem pene confectus. Itaque statim ac re-
 creati paululum capiti, scripsi hanc ad vos
 epistolam, unam velut testem & obsidem
 allegarem meæ erga vos observantiæ ac ju-
 dicii, quod de vestro ordine singulare sem-
 per in me fuit, quem quidem ordinem Ca-
 tholicæ in hoc regno Ecclesiæ columen, ac
 divini dogmatis interpretum Sacrarium no-
 minare consuevi, quocirca cum in illum
 scribendi laborem incumberem, ad hoc unum
 in tanto eram animo, ut ex meis lucubra-
 tionibus & vigiliis tale aliquid existeret,
 quod tam gravium, tamque sapientum Vi-
 rorum authoritate probaretur, quod quia
 non perinde ut putabam, casu, nescio quo
 consequi potui, nec dum satis magnum ad
 id usum, ac subsidium paravi mihi, ut a
 vobis discam quod nescio, æquitatem ac do-
 cilitatem spondeo non defuturam; & quam-
 vis eorum, quæ in meo illo libro aliquid
 subolere videntur erroris, contra privatos
 reprehensores haud absurdus defensor for-
 tassis esse potuissem, cedo tamen non invi-
 tus toto illo sperato victoriæ successu atque
 fructu; ac vestro potius quam meo de me,
 scriptisque meis iudicio fautor, & suffra-
 gator accedo, cum meis patribus contendere
 meus refugiat; nec se eorum authoritate re-
 fragante bene sentire præsumat; hoc ut bo-
 na profiteor, ac pro me fero, sic a vobis
 postulo vicissim, ut & illud cujusque modi
 est, quod minus caute injectum sit pro hu-
 mani-

Qq 3

mani-

Sæc. XVII. *manitate excusare vestra, & si quid dicitur*
 A. C. 1632. *ceps a me titubatum erit, pro sapientia docere ac commovere velitis.* Datum Ego

lismæ pridie idus Martii anni a Christo nato millesimi sexcentissimi trigesimi tertii.

Perlecta hac epistola facultas ce-
 fuit die tertia Maji propositiones ce-
 furis a se notatas ad Balsacum esse tran-
 mittendas: erant autem hæc I. *Certe*
est, quod sine operibus fides non plus
habeat, quam violentus vivæ imaginatio
effectus, vel nimium docilis animi crea-
tas: sine operibus Mysteriorum cognitio
curiosa speculatio, cujus etiam Philosophus
Paganus capax est. Censura. „Christus
 „ni improbis moribus, ac sine bonis
 „operibus, possunt retinere, & etiam
 „sæpe retinent fidem infusam, &
 „pernaturalem, cujus paganus Philo-
 „sophus capax non est. „

II. *Quantumvis sæpe Princeps coram*
suo Confessario prostratus, totaque
Majestas ad pedes unius e suis subditis
miliata conspiciatur: non propterea crea-
dum, quod ex peccandi consuetudine
actio sit ei reddita familiarior; quippe
mano modo loquendo & juxta rigorem
stræ justitiæ, nisi seipsum calumniatur,
non se accusat de peccato. Censura
 „Juxta Scripturæ Sacræ testimonia
 „justi non sunt immunes a peccatis
 „vitiis, ad quorum remissionem in-
 „tenduntur.

tutum est etiam Sacramentum Pœnitentiae, & non tantum ad mortalium; unde qui eo fine accedit ad illud Sacramentum, tantum abest, ut se calumniatur, ut etiam vere se accuset, adeoque suscipere hoc Sacramentum sine Sacrilegio non posset, qui nullum unquam peccatum actuale, aut lethale, aut veniale admisisset.

III. *Nullus ex diabolis acrius cruciatur quam Tyranni.* Censura. „Hæc propositio corrigenda est, apposita quadam restrictione seu modificatione, qualis esset hæc: *Pauci ex diabolis.*”

IV. *Cuncta, quæ necessario aguntur, ex ipsa necessitate excusantur & vindicantur: sui ipsius conservatio est omnibus debita, antiquior.* Censura. „Hæc propositiones sunt falsæ sic conceptæ universalibus terminis, ac etiam periculo, præsertim ita simul junctæ: & certe debitum creaturæ erga Deum est antiquius & strictius in ipsa etiam creatura, quam conservatio sui ipsius.”

Has propositiones Facultas ad Balsacum transmisit unacum sequenti responso ad ejus epistolam: „Redditæ sunt nobis ad Calendas Aprilis abs te literæ, Vir clarissime, omnibus quidem gratissimæ, non eo solum nomine, quod multam in Ordinem nostrum observantiam præferrent, sed etiam

Qq 4

„vel

Sæc. XVII.
A. C. 1642.

Sæc. XVII. „vel maxime, quod propensissimam „gi
 „tuam voluntatem ea corrigendi, quæ „qu
 „in tuo *principe* offendere mentes chri- „fer
 „stianas possent. Hunc in librum in „im
 „quirendi, fama, quæ nec te latere po- „ho
 „tuit, non tam occasionem nobis quam „po
 „necessitatem attulit, in quo sane u- „cep
 „nulla nisi disertissima, sic imprudentia „cu
 „quædam excidisse deprehensa sunt et „no
 „eorum relatione. quibus recensiti „cu
 „ejusdem delegata provincia fuerat, „me
 „præcipua eaque maxime instituti no- „bis
 „stri huic epistolæ subnectemus, quæ „me
 „& si judicabantur minus orthodoxæ „to
 „Doctrinæ amussim quadrare, æquum
 „tamen pro christiana charitate ac de- „Hie
 „gnitate tua duximus, ut omnem judi- „H
 „cii æquitatem amicitia monitione
 „præcederent, quo tu ipse operi tuo
 „emendando quaqua operam dares
 „Istud vero quam pro voto nostro sat-
 „cesserit, vel ex eo intelleximus, quod
 „tua ipse sponte in idem consilium con-
 „spiraveris, docilitatem Facultati no-
 „stræ ad id tua epistola pollicitus, quod
 „& maxime tibi gratulamur; neque
 „velimus tamen in illud incumbere,
 „Ordinis nostri duntaxat autoritate
 „motus, uti benevole recipis, verum
 „ipsum veritatis, cui nunquam felicitus
 „triumphant ingenia, quam dum ce-
 „dunt; summissis præsertim per Reli- „gio

„gionis obsequium armis, quorum usus Sæc. XVII.
 „quantum subsidii ad decertandum con- A. C. 1632.
 „ferret, tantum non posset non afferre
 „impedimenti ad victoriam, siquidem
 „hoc in genere vincere, nisi victi non
 „possimus. Nec tu etiam talem dein-
 „ceps debebis modestiæ tuæ gloriam,
 „cujus laude non minor inter christia-
 „nos audies, quam inter mortales fa-
 „cundia audiisti hactenus; ejusdemque
 „merito lubentissimos laudatores habe-
 „bis, quos alias multa urgente queri-
 „monia officii ratio coegisset, vel invi-
 „tos esse Censores.,,

§. LXVI.

Hieronymi Vidoni Cardinalis obitus.

Hoc item anno Hieronymus Vidonus
 Nobilis Cremonensis Romæ die *Vittorell. in*
 trigesima Octobris e vivis abiit: Hic *addit. ad*
 ingenium suum, quo præstabat, plu- *Ciacon.*
 ribus scientiis excultum in Ecclesiæ, *Ughel. in*
 Sedisque Apostolicæ obsequium inde- *Ital. Sacr.*
 fesso Studio impendit, ac munia sibi
 a pluribus Romanis Pontificibus com-
 missa singulari fide & summa integri-
 tate caute non minus, quam pruden-
 ter administravit: unde ab Urbano VIII.
 Papa ante quinquennium inter Diaconos
 Cardinales adscriptus, an plus hono-
 ris a Purpura acceperit, quam red-
 dide-

Q q 5

Sæc. XVII. A.C. 1632 diderit, dubium reliquit. Vera de eo fama fert, destinasse Cardinales, optasse Reges, ut Pontifex Maximus ipse renuntiaretur, si vitam ad proxima comitia protraxisset: ast æterna licet memoria dignus, anno ætatis suæ quinquagesimo primo nimis præmature decessit, sepultus in Ecclesia Carmelitarum Discalceatorum S. Mariæ de Victoria.

§. LXVII.

Ludovici Ludovisi Cardinalis extrema.

*Maracc. in
Purp. Ma-
rian. Cia-
con. in vita
Greg. XV.*

Non minus gratam nominis sui memoriam posteris reliquit Ludovicus Ludovisus patria Bononiensis, Gregorii XV. Nepos: Hic nequaquam sanguinis beneficio, sed potius meritorum suffragio juvenis adhuc sub eodem Pontifice Patruo suo quamplures dignitates Purpuramque brevi temporis intervallo assequabatur; ingenii enim felicitate literarum stadia præcipiti cursumens, miram honestatem, gravitatem, temperantiam, animi magnitudinem, & justitiam præfererebat, Vir nonnisi ad excelsa natus, heroicisque virtutibus maxime instructus. Erat etiam in pauperes oppido liberalis, erga omnes supra modum comis ac fr-

cilis, de augendo Dei cultu summo-
 pere sollicitus: Templum augustum
 Romæ S. Ignatio sacrum Regiis ferme
 sumptibus exstruxit, ibidemque Col-
 legium Hibernorum juvenum instituit,
 annuosque illi reditus assignavit. Tan-
 dem vero rebus præclare gestis Bonon-
 niæ nonnisi triginta septem annos na-
 tus, die decima octava Novembris de-
 cessit, sepultus in sua Metropolitana.
 Scripsit sermones plurimos Bononiensibus
 literis excusos.

Duobus nonnisi Cardinalibus hoc
 anno defunctis Urbanus VIII. Pontifex
 die vigesima Decembris unum dunta-
 xat Cardinalem Joannem Albertum Si-
 gismundi III. Polonorum Regis Filium
 post Patris sui mortem subrogabat.

§. LXVIII.

*Varia Urbani VIII. Pontificis Con-
stitutiones.*

Præterea Urbanus VIII. Pontifex pa-
 storalem suam sollicitudinem circa
 varia Ecclesiæ negotia extendit, edi-
 tisque Constitutionibus testatam reddi-
 dit, & primo quidem cum Mutius Vi-
 tellescus Societatis Præpositus, socios
 suos non raro sæcularia officia ac digni-
 tates ambire deprehenderet, summum
 Pontificem rogabat, ut votum, vi cu-
 jus

*Bull. magn.
Urb. VIII.
tom. 4.*

Sæc. XVII. A. C. 1632. jus Prælationem vel dignitatem extra Societatem prætereptare vel seclufa obedientia acceptare prohibebantur, etiam ad *seculares* ejusmodi dignitates & officia, quæ jurisdictionem habent, extendere vellet: quod etiam Pontifex die vigesima quinta Januarii edita de super Bulla præstitit. Pariter Generalis Vicarius Ordinis Fratrum B. V. de Mercede exposuit, quod Laici fratres non raro licentias extorqueant, vi quarum ad Sacros Ordines promoveri ambiant, hinc Pontifex die decima Martii prohibuit, ne imposterum inconsulta S. Congregatione quispiam Ordinis Superior ejusmodi licentias concedat, laici vero ita ad minores vel S. Ordines promoti, a susceptis Ordinibus perpetuo sint suspensi, ac laici, ut antea, remanere intelligantur. Cum vero Pontifex Suecorum irruptione, ac Protestantium violentiis grave Ecclesie & Imperio periculum imminere intelligeret, die prima Aprilis omnes Patriarchas, & Ecclesie Pastores, necnon utrumque Clerum, cunctosque fideles hortabatur, ut fuis ad Deum precibus concordiam inter Principes Catholicos impetrare satagerent. Sub idem tempus Carmelitarum Discalceatorum Generalis Procurator querebatur, quod nonnulli ex Carmelitis calceatis in Belgio

gio & Siciliae Provinciis Excalceatorum habitum deferant, seque Carmelitas reformatos S. Theresiae non sine gravi Ordinis Theresiani detrimento, & aliorum scandalo nominent; re igitur perpenſa Pontifex die prima Decembris hanc temeritatem interminata excommunicationis majoris, & suspensionis pœna coercuit: Insuper decretum a S. Inquisitionis Generalis Congregatione conditum approbavit, vi cuius omnibus Regularium Superioribus inculcatum, ut suos subditos sæpe commoneant de injuncta omnibus observantia circa executionem Apostolicarum Constitutionum, quæ contra hæreticam pravitatem emanarunt. Denique die vigesima secunda ejusdem Mensis declaravit Pontifex, quod Clerici Regulares, vulgo de Somasca dicti, in Orphanotrophiis, Seminariis &c. suæ curæ commissis privata Oratoria habere, & pro ibidem commorantibus etiam intra tempus Paschale Missam celebrare valeant.

§. LXIX.

Diversæ S. Congregationum decisiones.

Motis subinde dubiis Sacræ Congregationis sequentibus decretis hoc anno

*Decis. S.
Congreg.
Rit. Episc.
Concil. &c.*

Sæc. XVII. anno satisfecere, & quidem die vigesima septima Januarii Sacra Congregatio decidit, quod Episcopi & Vicarii Capitulares vigore Jubilæi non possint publice denunciatos absolvere in foro exteriori propter læsam immunitatem Ecclesiasticam, sed duntaxat in foro conscientie, quando scandalum non est notorium: Declaravit quoque die decima quarta Februarii Sacra Rituum Congregatio, quod Parochus, sive Rector Ecclesiæ Parochialis tanquam illius caput, thurificandus sit ante loci Petronum: sequentis autem Mensis die decima tertia decidit, quod Prælati Regulares habentes privilegium benedicendi vestes Sacras, cæmeteria & hoc privilegio uti non possint, nisi in rebus, in quibus Sacra unctio non adhibetur, & duntaxat pro propriis Monasteriis & Ecclesiis: Capellani autem in Ecclesiis Laicorum, seu Oratoris non valeant benedictiones facere Candelarum, Cinerum, Palmarum, nec in feria quinta Majoris Hebdomadæ Missam ibidem celebrare, vel SS. Sacramentum in sepulcro ea die custodire, sed hæc munia a Parochis in suis Ecclesiis exercentur: declaravit etiam die vigesima prima Junii, quod veritas Spina Coronæ Domini inter reliquias insignes sit computanda ac colenda: Sacra

Sacra etiam Concilii Congregatio die Sæc. XVII.
 tertia Julii statuit, quod Superior unius A. C. 1632.
 Religionis extra Ecclesias sui Ordinis
 non possit approbare Regulares alterius
 Ordinis pro audiendis Confessionibus
 suorum subditorum: Die autem prima
 Decembris a S. Rituum Congregatione
 sancitum, festiuitates, in quibus tenentur
 Canonici associare Episcopum, esse Epiphaniam,
 feriam quintam in Cæna Domini, Pascha,
 Ascensionem Domini, Pentecosten, SS. Petri &
 Pauli, Assumptionis & Nativitatis B. V.
 omniumque Sanctorum festa.

§. LXX.

Scriptores Ecclesiastici hoc anno defuncti.

Inter Scriptores Catholicos, qui scientia & pietate inclaruere, hoc anno Miræ. Script. Sæcul. XVII.
 plures decesserunt, & quidem ex illis Echard t. 2. Bibl. Script. Ord. Præd.
 I. Franciscus Haræus, Ultrajectinus
 Canonicus Lovaniensis, qui Compendium Surii de vitis Sanctorum, Chronicon universale, Annales Ducum Brabantiae & tumultum Belgicorum, catenam auream in quatuor Evangelia, & plura alia, quæ Valerius recenset, posteritati reliquit. II. Joannes Baptista Agucchius Sedis Apostolicæ Nuntius apud Venetos scripsit de antiquitatibus
 Bono-

Sæc. XVII. Bononiensibus, monita ad Nuntios Apo-
 A.C. 1632. stolicos, sermones de Republica rite
 administranda, de privata vita, ingra-
 titudine, & Hypocrisi, necnon vitis
 Cardd. Segæ & Agucchii. III. Alber-
 tus Picciolus Messinensis Sacerdos elu-
 cubravit Philactirion adversus Mame-
 tinæ Immunitatis calumniatores, tra-
 ctatum de antiquo Jure Ecclesiæ Siciliæ
 præter alia IV. Franciscus Capiferus
 Ord. Præd. publici juris fecit Elenchum
 librorum prohibitorum, & decreta om-
 nia Pontificum contra ejusmodi libros
 V. Joannes Lopez Monopoliensis Epi-
 scopus præfati Ord. vulgavit epitomen
 SS. Patrum & Historiam Ord. continuatam.
 VI. Hyacinthus Valleius ex eo-
 dem Ordine elucubravit Historiam Con-
 ciliii Tridentini, Apologiam pro Indu-
 rum defensione, duos tomos de statu
 Matrimonii, cum vitis Sanctorum con-
 jugatorum, Apologiam adversus ratio-
 nale Nicolai Videli Calvinitæ, plura
 que alia. VII. Emanuel a S. Matthia
 Ord. FF. Minorum edidit Dialogos de
 Goensium aliarumque Gentium barbararum
 superstitione. VIII. Chryso-
 mus Henriquez Ord. Cisterc. scripsit
 Lilia Cistercii, Menologium Cistercien-
 vitam Rusbrockii & plusquam quadra-
 ginta alia opuscula. IX. Guilielmus
 Balduinus S. J. posteris reliquit tracta-
 tus

tus de Incarnatione, de peccatis, gratia, amore & timore Dei &c. X. Petrus Lanfelius ex eadem Societate editit dispunctionem Calumniarum, quæ S. Justino M. a Causabono iniustæ sunt, S. Dionysii Areopagitæ opera vindicata, & Biblia Sacra cum notis. XI. Joannes Hevin Jesuita conscripsit contra Calvinistas suum *Idolum confractum*, seu de Adoratione Imaginum.

Sæc. XVII.
A.C. 1632.

§. LXXI.

Quorundam Scriptorum A catholicorum obitus.

His addere lubet ex Scriptoribus A catholicis nonnullos, qui pariter hoc anno vitam, calamumque posuerunt: ac primo quidem Jacobus Froereisen prælo subjecit Scrutinium Panopliæ Bellarminianæ, Apocalypsin Antichristi, Facem Catholicæ veritatis, exauctorationem Draconis fanatici, Dissertationes contra Weigelianos, Apologeticum contra Sachsum Calvinistam, pluraque alia inter quisquillas reponenda. II. Joachimus Stegmanus, Socinianus, scripsit controversiam hujus temporis de Ecclesia, disquisitionem de nomine Evangelicorum contra Pontificios & Valerium Magnum, notas falsæ doctrinæ & præter alia libellum

Freher.
Theatr. Vr.
erud.

Hist. Eccles. Tom. LIX. Rr de

Sæc. XVII. de Judice & norma controversiarum
 A. C. 1632. dei. III. Leonardus Hutten, Anglus
 edidit tractatum de Crucis usu in Bap-
 ptismate. IV. Joannes de Mliefter Cal-
 vinista scripsit Parallela Christiana, &
 Antichristiana, Explanationem de Ce-
 na Domini, de Ecclesiarum visitatio-
 nibus & disciplina &c. V. Michael
 Hermanus, Lutheranus, edidit Josum
 enucleatum, compendium Theologiae
 & nonnulla alia. VI. Alexander Co-
 cus, Anglus ex putido suo fonte retraxit
 fabulam de Joanna Papissa, vulgavit
 quoque præter alia redargutiones
 jactantiæ Pontificiæ. VII. Zacharius
 Faber scripsit de libertate Religionis in
 Bohemia, & de victoria ex bello Lu-
 therano-Calvinistico, necnon Alcoranum
 Calvinianorum & Turcarum. VIII.
 Joannes Stumpsius edidit Postillam he-
 legoricam, & Commentarium in Episto-
 lam Judæ.

§. LXXII.

*Consecrationis usus Londini in An-
 glia observatus.*

*Rapin.
 Thoir. hist.
 & Angl. l. 19.*

Jam dudum Puritani in Anglia iniquis-
 simo ferebant animo, quod in Eccle-
 sia Anglicana ritus Ecclesiastici Romani
 valde affines in usum deducerentur,
 quin tamen indagarent Puritani,

hi ritus veteris Ecclesiæ praxi conformes, atque ad pietatem excitandam, Sæc. XVII.
A. C. 1632.

augendumque externum Religionis decorem apti forent: Hos in Ecclesia Romana observari, jam satis superque erat, ut illos abominarentur Calvinistæ Puritani: inde etiam ortum traxerat eorum odium contra Angliæ Episcopos, ipsumque Carolum I. Regem suum, quem tamdiu insectabantur, donec ipsum Regno & vita spoliarent: Haud incognitam habebat Rex, quod iidem Puritani Regiam auctoritatem evertere, unice intenti essent, quocirca omnes Regni Episcopos edicto hortabatur, ut sedulo invigilarent, ne Puritani Prædicantes in Ecclesiam Anglicanam irreperent, illos vero exacte observarent, qui studiose præscriptos hujus Ecclesiæ Ritus negligerent. Hoc ipsum Regis decretum magis adhuc acuebat Puritanorum invidiam, quapropter nil intentatum, inausumque relinquebant, ut Episcopos, quos existimatæ hujus vexationis authores crediderant, Proceribus, populoque exosos redderent: nec deerant illis opportunæ tum occasiones: sub idem enim tempus Laodus Londinensis Episcopus Ecclesiam sanctæ Catharinæ nuper restauratam consecrare aggrediebatur, hoc ritu usus: Ecclesiæ portam accedente, Musici alta

Rr 2

voce

Sæc. XVII. voce clamabant: *Attolite portas primi*
A. C. 1632. *pes &c. foribus mox apertis* Episcopus
 Ecclesiam ingressus, flexo poplite, exten-
 tensisque brachiis dicebat: *locus iste Sanctus est, in Nomine Patris &c.* postea collectum pulverem iterato in aerem pro-
 jiciens, ad Aram accessit, sæpius genuflectens: quibus peractis cum toto Clero supplicantium more circa Ecclesiam procedens, Psalmos 19. & recantari jusserat, atque ad Aram reversus, orationem subjunxit, & evata voce exclamavit. *Consecramus hanc Ecclesiam, eamque pro te tanquam locum Sanctum, qui nullo usu communi amplius profanari poterit, segregamus:* postea varias imprecationes in eos, qui Ecclesiam profanaverint, uberes vero effudit benedictiones in illos, qui ad illius restaurationem, necnon ad suppelle-
 lem pro celebranda re Divina necessariam pecunias erogaverint, populum *Amen* respondere jussit. Demum in Altari Eucharistiam consecraturus, præmissis pluribus genuflexionibus ad mensam, ubi vinum & panis erant appositæ, accessit, ac septies profunde inclinatus quasdam desuper preces fecit, panem & calicem velo cooperitum detexit, terque sese inclinans seipsum communicavit, postea præcipuos etiam adstantibus. Tum vero Puritani la-

xare tota spiritus furorisque sui fræna **Sæc. XVII.**
 cæpere, & in Episcopi superstitionem **A. C. 1632.**
 pleno sermonis impetu detonare, il-
 lum accusantes, quod Romanum ri-
 tuale secutus esset. Insuperhabita ta-
 men horum oppositione Episcopi An-
 glicani vicissim Puritanorum auctori-
 tatem omni data occasione imminuere
 satagebant, hocque ipso anno Scher-
 fieldus Saresburiensis Nobilis illorum
 severitatem experiri cogebatur; cum
 enim Collegiatam Ecclesiam S. Ed-
 mundi, quam Henricus VIII. inva-
 lescente schismate Catholicis eripuit,
 & Jacobus I. laicis venalem exposuit,
 emisisset, eandemque reparaturus fene-
 stras, in quibus præter varias Sancto-
 rum imagines Historia de creatione
 Mundi juxta religiosam veterum sim-
 plicitatem erat depicta, auferri jussis-
 set, ipsusque earum quasdam confre-
 gisset, mox urgente Londinensi Archi-
 episcopo Scherfieldus accusabatur, quod
 contra Canones abs licentia Episcopi
 Diæcesani in contemptum Regis quæ-
 dam in Ecclesiæ ornamento immutasset,
 ac sine auctoritate Reformationem mo-
 liri ausus esset, suoque exemplo per-
 versis, schismaticis ac Ecclesiæ Angli-
 canæ Regimini, Regique infensis ad-
 temerarios ejusmodi ausus ansam præ-
 buisset: Eapropter Regii Judicis sen-
 tentia

Rr 3

Sæc. XVII. A. C. 1633. tentia Scherfieldus quingentas sterlingorum libras mulctæ nomine pendere, necnon a loci Episcopo veniam petere iussus est.

§. LXXIII.

Simulata pacis concilia a Suecis ceterisque fœderatis proposita.

Adlzreit. Annal. Boici l. 18. part. 3. Theatr. Europ. tom. 2. pag. 672. Daniel hist. de Franc. t. 10. p. 38. Barre Hist. d' Allem. pag. 642.

Interim in Germania superiori bellum inter Cæsareos, Suecosque incipit. Marte, ac alternante fortuna post Gustavi Regis mortem gerebatur. Eminentibus vero Franciæ & Daniæ Reges, necnon Suecicæ Coronæ Ministri habito Heilbrunæ conventu pronos ad pacem amicos simulabant, re ipsa tamen nil ad novos belli proferendi apparatus inducias spatiumque quærere videbatur: Suadebant in hoc conventu Suedi ut Cæsar, ejusque fœderati tanquam Imperii hostes declarentur, donec Suecis, & Ordinibus, quos injuriis affecissent, fecissent satis: Franciæ quoque Rex legatum suum Viennam decreverat, qui Cæsarem ad pacem cum Suecis & Germaniæ Principibus hortaretur, alioquin his armorum pecuniarumque suppetias laturus esset: Jam antea vero per Fesquerium Legatum suum Heilbrunæ cum Suecis, ceterisque Protestantibus armorum fœdas contra

contra Cæsarem iniiit, atque ad ean- Sæc. XVII.
 dem societatem Daniæ & Angliæ Re- A. C. 1633.
 gibus, Saxoniz & Brandeburgi Ele-
 ctoribus sollicitatis, Fæderati Belgii
 Protestantes, ut Hispanis nullas belli
 inducias indulgerent, hortabatur, eis-
 que in belli subsidium duplo majorem
 solito, æris Gallici pensionem, auxi-
 liumque ad restituendos Comites Pala-
 tinos addixit: Præterea Fridlandus in-
 consulto Cæsare cum Arnheimio Sueco
 Belliduce de pace egerat, has propo-
 nens condiciones. I. Condonatis dam-
 nis præteritis, privilegiisque integre
 confirmatis, ditiones exulibus restituan-
 tur. II. Jesuitæ ex Imperio pellantur.
 III. Occupata Suecis relinquuntur, do-
 nec eis expensæ fuerint compensatæ.
 IV. Exercitus ex Imperio adversus Tur-
 cam educatur. V. Religionis libertas
 in Bohemia concedatur. VI. Bava-
 riz Dux Palatinatu in expensarum com-
 pensationem concessio exuatur, & Frid-
 landus dimisso Megapolitano Ducatu
 Moraviæ Marchionatum acceptet. VII.
 Denique Fridlandus utrique exercitui
 præficiatur, & Cæsarem invitum licet
 ad hæc pacis condiciones adigat. Has
 leges Saxoniz & Brandeburgi Electores
 ratas quoque habebant, petentes tamen,
 ut Cæsar omnem militem ex Imperio
 educeret, Jesuitas a suis consiliis & Pro-
 vinciiis

Sæc. XVII. vinciis expelleret, Magdeburgensi & Halberstattensi Episcopatu, pro se quoque filio nuntium mitteret, Saxoni & Brandenburgico totam Silesiam, & præterea Saxoni Bohemiæ partem in compensationem damni cederet, denique Catholici cunctas expensas Suecis refundere. Quamvis vero Fridlandia a Comite Mathia Henrico de Turne & a suo Cognato Comite de Terfci non Oxenstirnio Cancellario vehementer ad Sueciæ partes sollicitaretur, nihilominus ultionem, quam de Cæsaribus parabat, nondum sat maturam ratus ultra de pace agi recusabat, nisi prius Wratislaviensis, Schweidnicensis, & Gloggaviensis Principatus sibi permitterentur. Nihil tamen inde territi Protestantæ Heilbrunæ ac Francofurti in Cæsaribus, Catholicorumque excidium strenue conspirarunt; ne vero eorum consilia patefcerent, studiose articulo sexto caverunt, ne Sueci quicquam in locis occupatis, in Religionis negotiis citra leges & Imperii constitutiones immutarent, sed Catholicæ Religionis exercitium, ubicunque in usu foret repertum, sancte retineri curarent, neque personis rebusque Ecclesiasticis ullam injuriam fieri paterentur: Quantum vero speciosis hisce verbis operis

constantia defuerit, rei successus testatum reliquit. Sæc. XVII.
A. C. 1633.

§. LXXIV.

Res gestæ a Joanne de Werth Bavarici Equitatus Præfedito, & Suecis Belliducibus.

Ineunte hoc anno Joannes de Werth paucorum Equitum, quibus præerat, præsidio Suecos iterata clade prostraverat; postquam enim compererat, quod hi annonam ad Weissenburgenses adveherent, mox facto impetu illos aggressus, captis ferme quadringentis, quingentos trucidavit, profligatisque variis Suecorum legionibus Vinariensis Ducis equites prope Ebermanstadium, & Sperreuterum Boicis spoliis onustum Kaufringæ iterato prælio devicit, ac non sine luculenta hostium clade in fugam egit. Interim vero Gronsfeldius & Merodius Comes Oldendorpium ad Vifurgin Suecis eripere tentabant; verum a Georgio Luneburgensi Duce præpediti Hameliam jam tertio Mense a Suecis, Hassisque arte cinctam liberare aggrediebantur, infausto tamen successu; quippe cum magna suorum clade, amissisque belli tormentis die octava Julii repulsi sunt, ipsomet Merodio ibidem trucidato, decimo post die

Rr 5

Sæc. XVII. die Dux Hameliam & paulopost Osm
A. C. 1633. brugum, aliasque urbes deditione ce-
 pit. Interea Joannes Philippus Rhin-
 gravius seu Rheni Comes, qui pro Sue-
 cis utrumque Rheni Circulum mode-
 rabatur, quatuor urbes Helvetis vi-
 cinas, Rhinfeldiam, Lauffenburgum,
 Seckingam, & Waldshutum Suecia
 præsidio munierat, frustra reclamanti-
 bus Pagis Catholicis: quo facto He-
 nius, Constantiam urbem, qua parte
 Helvetiam respicit, eo validius oppre-
 gnare cæpit, captoque Gonoduro op-
 pido huic urbi assidua verberatione, et
 iteratis irruptionibus extremam vim in-
 tulit, verum Wolfeggi Comitis, et
 præfidiariorum fortitudine identidem
 repulsus obsidionem solvit, junctisque
 viribus unacum Rhingravio, & Wis-
 tenbergico Duce in Alsatiam penetra-
 vit, cæsoque Montecuculo Brisacii
 Præfecto hanc civitatem toto belli ap-
 paratu obsidere cæpit: postquam vero
 Feriæ Dux Mediolanensis Gubernator
 cum viginti quinque Hispanorum mil-
 libus ex Italia advenerat, Aldringerio
 junctus Rhingravium soluta obsidione
 Colmariam usque repulit, ac sine de-
 bio ad internecionem delevisset, si Al-
 dringerium in certæ victoriæ societate
 tem pertrahere potuisset: sed præva-
 luit Wallensteinii auctoritas, qui Al-

Sæc. XVII.
A. C. 1633.

dringerio, si absque ejus mandato cum hoste pugnaret, mortem comminabatur; quamvis enim Wallensteinius Steinaviæ Suecorum Equitatu in fugam acto omnes pedites captos abstraxisset, cæsoque Duvallio Sueco in Silesia hostem ex pluribus oppidis repulisset, & Francofordia ad Oderam vi, Landspergam vero deditioe cepisset, nihilominus Bohemiam sibi vendicandi desiderio flagrans, victoriarum cursum ipse sistere voluit, cumque nihil propius esset, quam ut Sueci ex tota Pomerania ejicerentur, Bernardo Vinarienti Duci sese cum Hornio jungendi ac Baviaræ Ducatum opprimendi oportunitatem præbuit, unice eo intentus, ut Feriæ Ducis, cujus gloriæ vehementer invidebat, consilia everteret: eo sine Aldringerio in mandatis dabat, & iterum molestiis, & annonæ penuria Ducis copias dissipare satageret. Inde factum, ut Feria solus tot hostibus impar, exercitum suum in hiberna per Baviaræ disponere coactus, non multo post mærore ac sinistro successu tædio vita excederet. Magis prospera fors Cæsareis in Alsatia inferiore ardebat; postquam enim Neoburgum & Hagenoam urbes bellico stratagemate intercepterant, rustici uno agmine factio Suecos milites magno numero trucidaverunt.

Sæc. XVII. ceciderunt, donec tandem a Rheingardis
A. C. 1633. vivo coacerentur.

§. LXXV.

*Landsperga a Suecis capta, eorum
sævitia.*

*Adlzreit.
Annal. Boic.
l. 18. part. 3.
Theatr. Eu-
rop. tom. 2.*

Postquam igitur Bavaria hostium in-
ursionibus late patuerat, Hornius
& Bannerus Suecici Ductores in No-
cum moverunt, ubi Aldringerus Land-
sperga ad lycum, Memminga & Raina
recuperatis Campidonam armata vi Sue-
cis eripuit, & Hornium, qui Biberach
suppetias ferre festinabat, interciperi
statuit, quem tamen efugit Hornius
cum enim Cæsarea castra tam valde
munita cerneret, ut sine luculenta fru-
rum strage percurrere haud posset.
mutato consilio Mindelheimium &
Kauffburum occupavit, Aldringerum
quem in Wirtembergiam recta tendere
noverat, insecutus: Jamjam cum suis
copiis Lauteram pervenerat, cum pro-
mum ejus agmen Bavari, sine Ducto-
ris imperio aggressi illorum ordines pro-
sternerent, mox tamen ab Hornii copiis
repressi in castra sese recipere compulsi
sunt: Nec benignior fortuna Erbaei fuit
Bavaris legionibus adspirabat; has e-
nim Hornius primo impetu fudit, fra-
gavitque, turmisque aliquot per Dis-
sus

furtum in adversam Danubii oram trans- Sæc. XVII.
 missis alias legiones velut omni hostili A. C. 1633.
 metu solutas oppressit: demum cum
 Bernardo Vinariensi Duce Donawer-
 tham, quo Sueci ex Raina expulsi au-
 fugerant, profectus, junctis viribus
 Bavariam rursus invadere decrevit.
 Eapropter Aldringerus, qui ad lacum
 Brigantinum equitatus partem relique-
 rat, cum reliquis copiis in vicina Ba-
 varicæ recessit, cui Joannes de Werth
 jussu Maximiliani Electoris e superiore
 Palatinatu reversus, cum valido Equi-
 tatu sese conjunxit, ac Monachium
 contendit. Hunc strenue insequen-
 tur Horniani Vinariensibus juncti, qui
 expoliato oppido Aichen, agrestes om-
 nibus bonis exuerunt, eosque, qui se
 in sylvas abdiderant, canibus venati-
 cis indagantes in vincula abduxerunt,
 & nonnullos etiam Aldringeri milites
 longo itinere fessos oppressere: Diu
 utrinque velitationibus actum; cum
 vero justæ prælii copia haud fieret,
 Hornius Landspergæ expugnandæ cu-
 ram Torstenfonio demandabat. Hic
 ergo die decima septima Aprilis im-
 misso tibicine mox deditionem fieri po-
 sulat, civibus vero, ac præsidariis,
 quantumvis numero paucis, ad vali-
 dam urbis defensionem paratis, mæ-
 nia muralibus tormentis verberari ju-
 bet:

Sæc. XVII. bet: Erumpunt nihilominus obfessi
A. C. 1633. cæsisque excubiis & capto Wannero
 Centurione Sueco, præda onusti re-
 eunt, imo oppugnantium ardor defec-
 buisset, nisi Augustani Protestantes,
 qui in Suecorum castris erant, Horri-
 nos ad urbis Catholicæ expugnationem
 accendissent. Igitur resumptis animis
 Urbs tormentis acrius quatitur, ma-
 gna pars mænium nudatur, ac pluri-
 beis globis ingenti numero ejaculatis
 extremum urbi excidium ingruit. Ac-
 cessit ad calamitatis cumulum inter-
 na cives inter & milites dissensio, his
 perterritam defensionem, illis ultro-
 neam deditioem suadentibus: Mittun-
 tur ergo ad hostem caduceatores, qui
 tamen ab irato Torstensonio inique re-
 pulsi, cives militesque ad strenue pug-
 nandum accenderunt: Obstitit tamen
 quidam Senator, qui intentata capitis
 pœna, ut cives positis armis se domum
 conferrent, præcepit: nudata igitur ci-
 vium statione Suæci intempesta nocte
 portas perrumpunt, & die decima nona
 ejusdem Mensis in urbem penetrant,
 moxque indomitis, impotentibusque fi-
 riis in cives ac præfidiarios tumultuan-
 tur: non cædibus, non præcipitiis, non
 ætati, non formæ, sexuique parcunt,
 sed uno miscentes interitu, nulla Sa-
 crorum Reverentia, nullis innocentia
 respice

respectibus, nulloque pudicitiae fræno, Sæc. XVII.
 ut quemque de Catholicis, casus in- A. C. 1633.
 faustaue fors in manus dederat, pas-
 sim trucidantur, Virgines, ac puellæ
 necdum nobiles a libidinoso milite stu-
 prantur, Matronarum corpora primum
 violata, a truculentis postea immaniter
 in partes conciduntur: & jam in octa-
 vam noctis horam prorogatur hæc
 lamina, quin pereuntium ejulatus, in-
 fantum lacrimæ, ac imbellium preces
 furibundos ad Christianam pietatem
 flectere possent. Postquam vero stupris,
 ac cædibus satiata erat truculentorum
 rabies ac libido, itum est in prædam,
 ædium expilationem, scelera omnia:
 Quatuor omnino dies tenuit depopula-
 tio, in qua nullæ latebræ, nec profun-
 da terræ viscera aut scrutantis militis
 cupiditatem effugerant aut Virginum
 pudicitiam rursus impetitam vix sartam
 servaverant: unde contigit, ut multæ
 Virgines in tectorum latibulis delite-
 scentes, cum deprehendi timerent, ca-
 stimonie discrimen ab alto præcipites
 evaderent, aliæ vero deprehensæ im-
 pudicos pugnis, & unquibus lacera-
 rent, ac depellerent, nonnullæ viros
 ementitæ arma induerent, aliæ vul-
 tus suos fordibus deformarent, aut
 contempta generis nobilitate sordidis
 lacernis abjecta obeuntes servitia pro-
 corum

Sæc. XVII.
A. C. 1633. corum oculis imponerent: Inter ceteras etiam Virgines quædam nec illecebris, nec minis, nec ferro cedens, cum in ea sollicitanda patientiam perderet Lutheranus miles, *moriendum tibi est, inquit, amens filia: illa vero: id in votis habeo,* subjungit Sicarius: *et ut Catholica, vel Lutherana?* mox exclaimantem: *Catholica,* ense in viscera abactio interficit: Postquam vero nec prædæ nec libidini quicquam reliquum esset, Sueci portis qua incensis, quæ contractis, disjectisque propugnaculis ac turribus totam, qua late patet, Regionem cædibus, rapinis, & incendiis fæde devastarunt.

§. LXXVI.

Ratisbona a Suecis recuperata, horum crudelitas in Clericos.

*Le Blanc.
Hist. de Bav.
tom. 4.
Adl. r. l. c.*

Direpta hac urbe Hornius Neoburgum a Bavaris derelictum movit, promotisque inde castris Aichstadium urbem, arcemque deditione cepit, totamque hanc Provinciam gravissimis exactionibus, ac rapinis in vastam prope solitudinem redegit. Sub idem tempus Bernardus Vinariensis capto tubæcine, qui ab Aldringero suppetias petiturus mittebatur, Ingolstadium interceptum incassum moliebatur: quocirca

Sæc. XVII.
A. C. 1633.

spe autem delusus, cum suis copiis secundum Danubium profectus est, capto Kelheimio Ratisbonam expugnaturus: Hanc strenue quidem propugnauerat Joannes Troibrezius Gubernator, a Maximiliano Electore ante Fridlandici auxilii adventum nequidem de dedenda urbe cogitare iussus: cum vero ob Fridlandi perfidiam nulla suppetiarum spes esset, aliunde vero cives secta Lutherani Suecis fauerent, Vinariensis vulnerato etiam Gubernatore, urbem post novem dierum expugnationem die decima quarta Novembris, sub honestis cepit conditionibus, quæ tamen a Suecis insuperhabitæ sunt; tertio enim post die omnis Clerus ad aulam Episcopi, qui & ipse præsens aderat, evocatus, mox ducenta Thalerorum millia numerare, & insuper de aliis centum millibus cavere iussus est; & quamvis, omni auro argentove ex Templis undique corraso, quinquies mille Thaleri altera die fuerint soluti, nihilominus die vigesima octava ejusdem Mensis omnes Religiosi ex suis monasteriis ejeçti, in Monasterium PP. Prædicatorum detrudebantur, ibidem dure admodum & arcte custoditi. Altera die eis denuntiatur, ut cum reliquis Clericis (exceptis duntaxat singularum Ordinum Superioribus) urbe

Hist. Eccles. Tom. LIX.

Ss

ex-

Sæc. XVII. excederent, prius tamen ad majus le-

A. C. 1633.

dibrium alea ludere jussi, quisnam eorum in carcere detinendus esset, donec reliqui residuum lytrum repræsentassent? cum vero omnia Catholicorum æraria essent exhausta, nec Sacrum peculium suppeteret, duo Religiosi inter acerbos Lutheranorum cachinos opprobria ostiatim per urbem reliquum lytri conquirere compulsi sunt: potius quam vero Sueci cunctas miserorum opes devoraverant, omnes Clerici qui adhuc in urbe supererant, in exilium protruserunt, adjunctis satellitibus, qui eos ultimis etiam vitæ sustentandæ reliquiis spoliarunt. Postea modo agrum Ratisbonæ vicinum facti depopulati sunt, sed etiam Chambringam & Deckendorffium deditione, Strabingam vero oppugnationis vi sibi abjecerant, atque ingenti pecuniarum summa civibus imposta, præsidium omnino inermes abire permiserunt, quos tamen post breve iter in curiam retraxerunt. Demum exhausta penitus Bavaria inferiore Vinarie Dux Passavium descendere paravit, ut Austriæ superioris Protestantibus qui vel in Aula comparere, vel bonis suis intra semestre divenditis emigrare jubebantur, opem ferre posset; jam enim ineunte hoc anno hi Protestantes

*Ex Archiv.
Abb. S. Crucis Aug.
pag. 149.*

quosdam Augustam ad Oxenstirnum Sæc. XVII. A. C. 1633.
 ablegabant, ab eo efflagitantes, ut
 quosdam Tribunos, ac Centuriones
 submitteret, qui eorum cohortes con-
 tra Cæsarem conscriptas ducerent, post-
 quam vero Holakius Cæsaris nomine
 in Silesia plurimas urbes, necnon in
 Saxonia Lipsiam occupaverat, ac Fer-
 dinandus Hispaniæ Regis Frater in Au-
 striacorum opem cum valido exercitu
 accurrere dicebatur, Vinariensis a suo
 proposito, mira Dei providentia ab-
 sterritus est.

§. LXXVII.

*Clerus Augustanus a Suecis dire
vexatus.*

Quam iniqua hoc anno Clerus Augu-
 stanus a Suecis tolerare compul-
 sus fuerit, calamo vix assequi possu-
 mus; præterquam enim, quod Sueci
 eorum prædia, pagosque, ex quibus
 annuos habuerunt proventus, direptos
 incenderint, incolasque pessime habi-
 tos expulerint, insuper novas identi-
 dem, ac facultatibus longe superiores
 exactiones ab eis exegerunt, & Cleri-
 corum domos, necnon Regularium
 monasteria impositis pluribus militum
 centuriis devastarunt; præcipue vero
 die sexta Januarii, Christophori ab Aw
 sum-

*Hierarch.
Aug. P.
Kham cap. 6.
sect 10.
pag. 424.
Ex Archiv.
Abb. ad S.
Cruce
pag. 144.
Stengelius
comm. ver.
Aug. p. 2.
cap. 73.*

Sæc. XVII. summi Ecclesiæ Cathedralis Præpositi
 A. C. 1633. ædes, eo quod petitam tributi exactio-
 nem illico numerare haud posset, a vi-
 ginti quatuor militibus inter acerba
 convitia diripi jusserunt, biduo post
 Oxenstirni jussu, & Protestantium sol-
 licitatione ac voto, Collegium Societatis
 per aliquot dies integrum expul-
 liarunt, nihilque intactum, cuncta di-
 repta, confracta, & dispersa relinque-
 tes, rapinas suas in foro publico ve-
 num exposuerunt. Eadem quoque re-
 ceptionis sævitia Monachis ad S. Udal-
 ricum, Canonicis ad S. Georgium, &
 S. Crucem, aliisque Religiosis fuit in-
 terminata, ni confestim recens impo-
 sita penderent tributa, interim ve-
 pluribus militum manipulis gravaba-
 tur: die etiam sexto ejusdem Mensis
 Cancellariam Episcopalem lustrabant
 Sueci, direptis omnibus, quæ impo-
 placuerunt: Curia quoque Ecclesiasti-
 ca pro decidendis causis matrimonia-
 libus interdicta, has causas deinceps
 a Curia sæculari dijudicari, simulque
 rusticos Clericorum subditos, qui ad
 declinandas vexationes in urbem con-
 fugerant, indicta capitis pœna exce-
 dere jusserunt: die autem decima sexta
 Januarii quidam Parochus in Pago
 a Suecis captus, ac subtus currum veluti
 canis fune ligatus, ac reptare coactus
 Aug

Augustam applaudente sæce Lutherana Sæc. XVII.
deducebatur, qui numerata pecunia A. C. 1633.
a piis Viris redemptus, altero post
die obiit.

§. LXXVIII.

*Juramentum Clero Augustano a Sue-
cis impositum.*

Ne vero quis dubitaret, odii in Cle- *Kham. &*
ricos nutricem esse Religionis diffi- *Stengel. l. c.*
militudinem, hinc Benedictus Oxen-
firmus die decima septima Mensis Maji
omnes Viros Ecclesiasticos jamjam tri-
butorum exactionibus emunctos, atque
enervatos etiam conscientiae libertate,
suique Status privilegiis spoliare ag-
gredebatur, dum novam eisdem jura-
menti formulam imponeret, hujus te-
noris: „Nos Prælati, Præpositus, Ca-
nonici, Priores, Jesuitæ, Religiosi,
„Clerici, & quotquot Ecclesiastico no-
„mine censemur, promittimus, spon-
„demus, ac juramus, nos omnes &
„singulos Coronæ Sueciæ, ejusque
„confederatis semper & ubique fideles
„futuros, eisdem omnem obedientiam,
„& sinceram fidem servaturos: contra
„dictam coronam Sueciæ, ejus Pro-
„vincias & populos, itemque confæ-
„deratos nihil mali, proditiōis, doli
„vel fraudis, vel quocunque nomine

Ss 3

dici

Sæc. XVII. „dici possit, unquam sive per nos, sive
A. C. 1632. „per alios machinatos, cogitatos
 „locuturos, consulturos, vel attentos
 „turos: verum ipsorum, eorumque
 „provinciarum, populorum, exercitus
 „tuum, & adhærentium utilitatem
 „& commodum semper & ubique per
 „virili nostra promoturos, damna
 „incommoda omni diligentia absque
 „ulla exceptione impedituros, & am
 „turos, sic nos Deus adjuvet, & qua
 „chara nobis est cælestis gloria, & tu
 „strarum utrinque Salus animarum
 „&c.,

Ephemer.

Aug. p. 163.

Huic decreto omnes Ecclesiastici
 submittere, jurare ac subscribere, ve
 postera die Augusta excedere jubetur.
 Altera autem die Capituli C
 thedralis Præpositus nomine totius
 Cleri summo mane hæc respondi
 „evoluto Mense Majo Rex pro sua, sue
 „rumque securitate idem a nobis peti
 „nos vero nomine utriusque Cleri tum
 „propositam juramenti formulam Re
 „ligioni Catholicæ, in qua tamen Re
 „ac ipsemet Oxensternius Catholicos
 „se tuiturum pollicitus est, statui no
 „stro conscientiæ, ac Professioni nostræ
 „multimodis adversari, disertis verbis
 „declaravimus, simulque aliam, qua
 „Regis suorumque securitati sat cau
 „tum esset, juramenti formulam per
 re-

Sæc. XVII.

A. C. 1633

tale homagium cum veræ fidei dispendio, ac conscientiæ læsione præstare. Hoc Cleri propositum acuebat nova ejusdem Oxenstirni violentia, quæ quarta Maji Clericis declarabat, quod die vigesima prima ejusdem Mensis Augusti discessurus esset, nisi ergo Maximilianus Bavaricæ Elector lytrum pro redemptione obsidum Monacensium interim soluturus esset, omnes Clericos (exceptis Franciscanis, & Capucinis) secum captos abstrahere, & demum pro meritis plectere decrevisset: Verum postquam de Cleri constantia certum fuerat redditus, ut una omnes die decima octava Maji circa horam duodecimam urbem desererent, præceptum nimis autem angustum omnia bona patriamque sine culpa relinquenda spatium temporis fuerat indultum, eapropter, ægre tamen, impetrare poterant Clerici, ut induciæ ad alteram diem scilicet decimam nonam Maji concederentur. Hac autem die circa duodecimam diei horam omnes Clerici (exceptis gravi senio vel adversa valetudine præpeditis) urbe excefferunt, ac stipantibus eos viginti militibus Suedici Landspargam usque deducti, altera die Peittingam, & tertia demum in civitatem Fiessen pervenere, aliis postea Monachium, plerisque in Austriam, Tyro-

Tyrolin, Salisburgum vel alibi confu- Sæc. XVII.
 gentibus. Erant autem, qui urbe pro- A. C. 1633.
 scripti sunt, sequentes: Reverendissimi

Domini Sebastianus Müller, Suffraganeus, Casparus Zeiller Vicarius Generalis, Christophorus de Aw Præpositus Cathedralis Ecclesiæ, Joannes a Zimmeren Pœnitentiarius, Joannes Bruggmair Sigillifer, Otto de Muggenthal, Joannes de Stozzingen, Conradus a Neuhausen Canonici Cathedralis: Ex Quatuor-Viris Mathias Gastel, Wolfgangus Wall, Henricus Frauenrath, Stephanus Scmech præter triginta novem partim Diaconos, partim Chori Vicarios, & Lectores: Ex Collegiata ad S. Mauritium Christianus Pacelus Decanus, Henricus Piscator, Jacobus de Almandingen, Joannes Drexel, & Rudolphus Dechler Canonici præter duos Provisores & tredecim Chori Vicarios. Ex Abbatia ad S. Georgium Michael Häfelin Præpositus, Joannes Frick Decanus, & quatuor Canonici. Ex Abbatia S. Crucis David Dirrhaimer, Anastasius Vocheitius, Udalricus Kätzler, & Franciscus Kögel Canonici. Ex Monasterio FF. Prædicatorum Georgius Eckle Vicarius præter undecim Religiosos: ex Collegio Societatis Conradus Raying Rector unacum quatuordecim Sociis. Ex

Ss 5

Mo-

Sæc. XVII. Monasterio Franciscanorum Ludovicus
A. C. 1633. Papperiz Guardianus præter viginti
 septem ejusdem Ordinis Religiosos: Et
 Conventu PP. Carmelitarum Discalce-
 atorum P. Adrianus Prior, unacum PP.
 Simone Sub-Priore, Christophoro
 Francisco. Ex Monasterio PP. Capu-
 cinorum P. Sixtus cum viginti aliis Re-
 ligiosis; tribus enim ægrotis Capuci-
 nis unacum P. Guardiano per aliquos
 dies adhuc in urbe morari, indulgent
 erat. Hos eadem ex causa comitaban-
 tur non pauci Ecclesiasticorum famuli
 Studiosi, & opifices. Ad horum de-
 scensum immenso gaudio tripudiabant
 Lutherani, uberrimas vero lacrimas
 fundebant Catholici, quibus unicum
 erat adhuc reliquum animæ solatium
 quod PP. Benedictini ad S. Udalricum
 singulari prorsus Dei providentia, ne-
 que ab Oxenstirnio, neque a Magistrato
 Acatholico ad præstandum hoc juramen-
 tum fuerint adaçti, proin hi
 in urbe residui Apostolica munia pro
 Catholicorum salute, & hæresum ex-
 tirpatione indefesso prorsus studio
 obire potuerint.

Demum Oxenstirnius post ultimam
 hanc Clero irrogatam injuriam die ve-
 gesima prima Maji Augusta discessit
 cui Joannes Georgius de Winckel sub-
 rogatus, ut Lutheranorum favores
 atque

Sæc. XVII.
A. C. 1633.

atque applausum aucuparetur, mox se-
nes atque infirmos Clericos, qui cum
ceteris emigrare haud poterant, necnon
eorum famulos adesse compulit, eisque
juramentum imposuit; Clericis tamen
hanc impietatem constanter abhorren-
tibus, famulos duntaxat ad hoc jus-
jurandum adigere poterat. Nondum
Ecclesiastici, ac Monachi urbe exce-
serant, cum jam Sueci milites eorum
domos & Monasteria involarent, & ob-
via quæque diriperent: paulopost ta-
men Magistratus quosdam ablegabat,
qui hæc Harpyas ab ulteriore violen-
tia & deprædatione cohiberent, quin
tamen illos ad reddenda, quæ suffu-
rati sunt, restitutionem adstringeret,
quinimo Magistratus Clericorum ædes
& Monasteria civibus Lutheranis inco-
lenda concessit.

§. LXXX.

*Opinio Galilæi Romæ ab Inquisito-
ribus damnata.*

Jam anno Christi millesimo sexcente-
simo undecimo die quinta Maji Ro-
mæ Sacra Inquisitio decretum edide-
rat contra opinionem Nicolai Coper-
nici patria Florentini, qui in suo libro
de revolutionibus Orbium cælestium solem
in Orbis universi centro immobilem lo-
cave-

Vid. supra
l. 193. §. 37.
tom. 57.
pag. 128.
Abrege de
l'Hist. Eccl.
Siecl. XVII.
Briet. An-
nal. Mundi
tom. 7.

Sæc. XVII. caverat, ac circum illum alios Plane-
 A. C. 1633. tas, adeoque terram istam circumagi
 statuerat: Hujus opinionis emendatio
 Romæ anno Domini millesimo sexcen-
 tesimo vigesimo edita est. sancitumque
 Copernici libros, nisi fuerint juxta præ-
 fatam emendationem correcti, esse præ-
 scriptos: cum autem celeberrimus ille
 Mathematicus Galilæus itidem Floren-
 tinus Jovis Satellites seu quatuor stel-
 las minores circa Jovem Planetam mo-
 tum suum exercentes, quas in hono-
 rem Magni Ducis Etruriæ *sidera Medicea*
appellavit, detexerat, Copernica-
 no systemati de motu solis propius ac-
 cessit; quocirca ad S. Inquisitionem de-
 latus, nonnisi promissa opinionis suæ
 quæ S. Codicibus opposita credebatur
 revocatione intentatæ pœnæ severita-
 tem declinavit: Postquam vero rursus
 hanc sententiam edito etiam libro seu
Dialogo circa duo maxima systemata Mundi
Tolemaicum & Copernicanum docuisse ac
 vulgasse, convictus erat, a Sacris In-
 quisitoribus condemnabatur, ut inte-
 gro triennio semel in hebdomada se-
 ptem Psalmos pœnitentiales recitaret,
 ac in carcere, non quia hæreticus, sed
 quod fidem datam suo relapsu in re-
 tanti momenti fefellisset, inclusus hæ-
 reret: Sequenti autem anno die vigesi-
 ma tertia Augusti Sacra Inquisitio ejus
 Dia-

Dialogum confixit, tandem vero Gal- Sæc. XVII.
 læus septuaginta octo annos natus a- A. C. 1633.
 no Salutis nostræ millesimo sexcentefi-
 mo quadragesimo secundo obiit.

§. LXXXI.

*Libellus, cui titulus: Mysticum ro-
 sarium SS. Sacramenti a Facul-
 tate Parisina proscriptus.*

Sub idem tempus inter Zammetum *Abrege*
 Lingonensem & Bellegardium Se- *chronol. t. 10.*
 nonensem Archiepiscopum in Galliis ve- *art. 8.*
 hemens fervebat contentio, cujus oc-
 casio inde repetenda. Instituerat Lu-
 dovica Burbonia Longevillæ Ducis uxor
 novam Virginum Congregationem uni-
 ce ad adorandum SS. Eucharistiæ My-
 sterium destinata, quam ipse etiam
 Pontifex ratam habens, novellæ hujus
 propaginis curam Matri Angelicæ Ar-
 naldæ Portus Regii Abbatissæ commi-
 sit. Idem quoque Papa harum Virgi-
 num Regimen Gondio Parisiensi, &
 Bellegardio Senonensi Archiepiscopis,
 necnon Episcopo Lingonensi demanda-
 vit. Prima hujus instituti initia (ut
 in rebus novis fieri amat) insolito fer-
 vore continuata amplas pietatis sege-
 tas, fructusque pollicebantur: sensim
 tamen diffidiis inter Senonensem &
 Lingonensem Præsules gliscentibus,
 præ-

Sæc. XVII. præcox hic flos emarcescere cæpit. Hæ
 A. C. 1633. jus ruinæ ansa erat Rosarium seu certum

*Discuss. du
 Chap. Paris.
 anno 1635.
 Argentre
 t. 3. Coll.
 pag. II.*

quædam precandi forma, qua Dei charitas erga homines in Mysterio SS. Eucharistiæ exhibita, necnon divinæ perfectiones absurdis phrasibus exprimitur: Novas hæc preces Mater Catharina Agnes Arnaldina Angelicæ Soror contexit, ac jubente Patre Gondrano, cui a confessionibus erat, ceteras scriptas reliquit: illius autem exemplum apud Venerabilem Matrem Mariam Jesu Carmelitanam Virginem sanctitatis opinione clarissimam post ejus obitum reperiebatur: Habita illius notitia Senonensis Archiepiscopus hæc preces minus sanæ doctrinæ consonas ratus, illas maturiori examini subijcendas Doctori Duvallio Theresianarum Virginum Directori, Clerico, Charonio, Bacciliero, Haliero, Morello & Corneto Sorbonæ Doctoribus commisit. Hi autem unanimi suffragio decima octava Junii pronuntiarunt hoc rosarium adeo non fidelium institutum proficuum esse, ut potius absurda, injuriosa, erronea, Blasphema & impia contumeliasque a virtutum præcipue fidei, & charitatis exercitiis avertat, præcæque normam a Christo Domino institutam destruat, necnon opiniones effectibusque Divini in hoc Mysterio exhibiti contra

rias *instillet*. Idem quoque scriptum a Sæc. XVII.
 Romanis Censoribus inter libros per- A. C. 1633.
 versæ doctrinæ recensitum est, hanc
 vero censuram Lingonensis Episcopus
 lingua & calamo acriter oppugnabat,
 tum Abbatis Sancyrani opera usus,
 quem tamen mutata postmodum sen-
 tentia unacum Richelio Cardinale ve-
 hementer insectabatur.

Edidit præterea Edmundus Auber-
 tinus Præco Calvinianus librum de *Eu-*
charistia veteris Ecclesiæ; cum autem Au-
 ctor ob impietates suas apud Curiam
 deferretur, tam ipse, quam quidam
 alii Prædicantes, qui blasphemam hanc
 lucubrationem approbarunt, ad carce-
 res damnati sunt: Auxerat hujus pœ-
 næ severitatem arrogantia, qua Galli
 Prædicantes se *Pastores & sancti Evan-*
gelii Ministros perperam vocitare ausi
 sunt. Nec tamen hoc supplicio terri-
 pallim hunc titulum sibi arrogare præ-
 sumperant, donec anno Christi mille-
 simo sexcentesimo quinquagesimo septi-
 mo Ludovicus XIV. interminatis etiam
 severissimis pœnis eisdem tam honorifi-
 cæ prærogativæ abusum inhiberet.

§. LXXXII.

Octo Cardinales ab Urbano VIII.
Papa renuntiati.

Quam-

Sæc. XVII.
A. C. 1633.

*Ciacon. in
vita Urbani
VIII. Ma-
rac. Purp.
Marian.*

Quamvis hoc anno ex Cardinalium Collegio nonnisi unicus decessisset, nihilominus Urbanus VIII. Pontifex octo Præsules die vigesima octava Novembris Purpura Romana decoraverat. Defunctus autem erat Scipio Callareus patria Romanus ac Pauli V. Nepos qui juvenis adhuc a Patruo suo modo Purpuram, Burghesiorum agnomen & insignia, sed insuper immensas divitias, & pinquissima beneficia obtinuit, quæ tamen plusquam paterna liberalitas in juvene hoc Nepote auctoramentum erat piæ prodigalitatæ; omnes enim opes suas aut in restaurandis, vel erigendis Ecclesiis, & Cænobiiis, vel dotandis pauperibus profudit: tandem vero die secunda Octobris anno ætatis suæ quinquagesimo septimo non sine magno literatorum, pauperumque luctu Romæ decessit. Scripsit carmina de Cardinalibus a Paulo V. creatis ac Episcoporum ab eo institutorum præstantia præter plures *Epistolas negotiales*. Post hujus Cardinalis obitum Urbanus VIII. sequentes renuntiabat Cardinales Presbyteros I. Cyriacum Roccium patria Romanum tit. S. Salvatoris in Lauro. II. Cæsarrem Montium Mediolanensem ejusdem Urbis Archiepiscopum tit. S. Marce Transpontinæ. III. Alexandrum Bi-

Sæc. XVII.
A.C. 1633.

chium patria Senensem & Carpentoratensem Episcopum, tit. S. Sabinæ. IV. Franciscum Mariam Brancatium patria Neapolitanum ex Caputaquensi Episcopo Cardinalem tit. SS. XII. Apostolorum. V. Oldericum Carpineum Cardinalem tit. S. Anastasiæ. VI. Stephanum Ducatum Genuensem Cardinalem tit. S. Laurentii. VII. Augustinum Oregium Hetruscum tit. S. Sixti. VIII. Benedictum Ubaldum Perusinum Cardinalem Diaconum tit. SS. Viti & Modesti.

§. LXXXIII.

Varie Sacrarum Congregationum decisiones.

Hoc item anno Sacræ Cardinalium Congregationes, ut dubiis per Episcopos propositis satisfacerent, varias ediderunt declarationes, & primo quidem, Sacra Concilii Congregatio die vigesima nona Januarii decidit, quod illi, qui virtute Jubilæi vel alterius Privilegii facultatem habent eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum, non possint eligere approbatum ab Ordinario alterius Diæcesis: Die autem septima Februarii declaravit, quod Regulares excommunicari possint per Episcopos locorum Ordinarios in casibus,

Hist. Eccles. Tom. LIX.

T t in

Sæc. XVII. in quibus illis subsunt: exempti que
 A. C. 1633. que, qui ob delictum in Excommu-
 cationem incidunt, possint ab Ordina-
 rio denunciari excommunicati, ut
 aliis vitentur: pariter die vigesima
 cunda ejusdem Mensis Pontifex excom-
 municationem latæ sententiæ pronun-
 tiavit in Religiosos ad Japonicas alia-
 que Orientalium Regiones missos,
 mercaturam etsi minimam exercuerint
 eandemque poenam statuit contra
 eorum Superiores conniventes. Sacra-
 ro Rituum Congregatio die quinta
 tii præcepit, ut ad supplicationes,
 bus Episcopus cum Mitra interest,
 nonici per Ecclesiam detecto capite
 cedant, extra eam vero cum Bire-
 testi. Bituntino insuper Episcopo
 Concilii Tridentini Congregatio reli-
 psit, quod non teneatur examinare
 cerdotem, quando aliunde novit
 ad excipiendas Confessiones sat-
 neum. Circa ritus vero Ecclesiasticos
 decisum est, quod aliquoties ex causa
 veluti ob frigus, in diebus serialibus
 non tamen festivis Divinum officium
 extra chorum, arbitrio Episcopi
 tari valeat, non tamen celebrari
 Missa super Altare, a quo furtim,
 amota, nec fracta Mensa, subtrahuntur
 fuerunt reliquiæ Sacræ a millibus
 nisi Altare de novo consecretur;

etiam duæ supplicationes in eodem loco Sæc. XVII.
 ac die habeantur: Eodem tempore A. C. 1633. Episcopus Sulmonensis declarari petiit, quis
 inter duos Canonicos præcedat, quo-
 rum unus quidem prius admissus, non
 tamen Sacerdos est, alter autem Sa-
 cerdos, sed postea admissus, & respon-
 dit S. Congregatio die decima nona
 Novembris, præcedere Sacerdotem.
 Pariter dubitatum, an si festum An-
 nuntiæ B. V. ob hebdomadam San-
 ctam incidat, sicut ejus officium, ita
 & festivitas sit transferenda? & respon-
 sum die trigesima Decembris, solemni-
 tatem eo die, quo cadit, esse ser-
 vandam.

§. LXXXIV.

*Isabellæ Belgii Gubernatricis, & Ul-
 rici Holfatiæ Ducis obitus.*

Enimvero truculenta mors Principi-
 bus hoc anno peperisse videtur; Meteran. bell. Belg.
 oppido enim paucos eidem in prædam Grotii an-
 nal. Brachel.
 cessisse comperimus: exeunte tamen Hist. l. 4.
 eodem anno die prima Decembris fato Adlxr. An-
 nal. Boic.
 Belgis, cunctisque Catholicis fat do-
 lendo concessit Isabella Clara Eugenia
 Philippi II. Hispaniarum Regis Filia.
 Hæc Alberto Austriæ Archiduci in ma-
 trimonium data Belgii & Burgundiæ
 Provincias dotis nomine proprias mo-
 dera-

Sæc. XVII. derabatur: cum autem anno ætate

A. C. 1633. suæ sexagesimo octavo sine prole dece-

deret, rursus vi pacti dotalitii præfata

Provinciæ ad Hispaniæ Regem redierat.

Ceterum Isabella Princeps erat pietatis

timore Dei, ac Religionis studio præ-

stantissima, ultra sexum magnanimè

constans, & imperterrita, non minus

bello potens, quam pacis studiosa: Successorem

habuit Cardinalem Ferdinandum Philippi IV. Regis Fratrem,

quædam Barcinone degens percepto

suæ obitu mox Mediolanum contulit,

atque in Germaniam cum recepto

milite festinans, anno sequenti notatam

illic Austriacorum fortunam, præ-

terea Dei providentia, uno prælio ere-

ptus est.

Violento demum fato ereptus est

Ulricus Holsatiæ Dux Daniæ Regis

fratris; cum enim inducias inter Fried-

landum & Arnheimium maturare satage-

ret, inde ad castra sua reversus, a

hoste glande trajectus, paucis post die-

bus obiit.

§. LXXXV.

Quidam Scriptores Catholici hoc anno defuncti.

Miræus
Script. Sæ-
cul. XVII.
Witte Diar.
Andr. Bibl.
Belg.

Ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc anno denatis celebriores memorantur, quos inter primus occurrit

cobus Maldera Antverpiensis Episcopus, Sæc. XVII.
A. C. 1633.

qui commentaria in Cantica Cantico-
 rum, tractatum de abusu restrictionum
 mentalium, de sigillo confessionis, &
 plura alia edidit. Decessit septuagena-
 rius die vigesima tertia Octobris. II.
 Cornelius Curtius Bruxellensis Ere-
 mita Augustinianus, S. Cæsareæ Maje-
 stati a consiliis, & Historiis, edidit e-
 raditum opus de clavis Dominicis, e-
 logia Virorum illustrium Ord. S. Aug.
 & vitas SS. Nicolai Tolentinatis, Ru-
 perti & Virgilii Antistitum Salisburgen-
 sium: insuper ingenti volumine Stel-
 lartii chronicon universale Monasticum
 supplevit, auxitque. Obiit Bruxellis
 die octava Octobris nonnisi quadragin-
 ta septem annos natus. III. Georgius
 Maigratus ex eodem Ordine Theolo-
 gæ Doctor, qui *lacrimas Heracliti Chri-
 stiani ab inferis resuscitati*, necnon Mar-
 tyrographiam Augustinianam conscri-
 psit. IV. Jacobus Vasseur Curie Pon-
 tificiæ Judex & Decanus Parisiensis,
 qui posteris reliquit Annales Ecclesiæ
 Cathedralis Noviodunensis, Symbola
 Imperatorum Romanorum explanata,
 libellum de Galliæ regibus, tractatum
 de miraculis B. V. Mediopontanæ præ-
 ter epistolarum ad diversos centurias
 duas. V. Hubertus de Assonleville
 Ord. S. Benedicti Prior scripsit Prom-

T t . 3

ptua-

Sæc. XVII. ptuarium curiositatis alphabeticum, & fieri
 A. C. 1633. commonitorium ad errantes in fide. post
 Calamum cum vita posuit octogenarius. crar
 rius die decima sexta Aprilis. The

Alphonfus Ramon Ord. B. Marize bu
 Mercede edidit epitomen Theolog apol
 moralis, resolutiones Conciliorum, ex e
 interpretationem nominum, quæ in bibli de P
 hebraice & græce leguntur, præter rati
 epitomen Theologicam S. Scripturæ & q
 aliaque opuscula quamplurima. sept
 Guilielmus Spoelbergius Minorita, vita
 speculum conscientiæ, conciones me anno
 rales per integrum annum, & medit
 tiones de bonitate Dei præter plura
 lia typis vulgavit. VIII. Stephan
 Weymfius edidit Dormalii responsa
 jure tam Pontificio, tum civili, te
 ctatum de appellationibus, necno
 Analysin ad Constitutiones 24. ex
 tiquo jure desumptas, & per S. Co
 cilium Tridentinum innovatas. De
 cessit Lovanii octogenarius, in tota
 vita nunquam tristis, sed semper
 æqualis, idemque. IX. Ferdinand
 Castro-Pallao S. J. scripsit Theologia
 moralem septem tomis comprehen
 unacum manuali Christiano. X. Pe
 trus Ximenez ex eadem Societate,
 didit suam disputationem habitam cu
 Fischero Lutherano de fide justificata
 & Breviarium de præcipuis fidei No
 stris

steriis. XI. Ægidius Coninck Jesuita Sæc. XVII. A.C. 1633.
 posteris reliquit disputationes de Sa-
 cramentis & Censuris, de virtutibus
 Theologicis. & de absolute mori-
 bundi sensibus destituti unacum ejus
 apologia. XIII. Gregorius Mastrillus
 ex eadem Societate edidit, discursus
 de Passione Domini, de utraque gene-
 ratione Christi, in Jonam Prophetam,
 & quadragesimam unacum Novenna in
 septem antiphonas majores ante nati-
 vitem Christi Neapolitanis literis
 anno 1620. excusa.

§. LXXXVI.

A catholicorum Scriptorum obitus.

Celebriores ex A catholicis Scripto-
 ribus, qui hoc anno obiit, recen-
 sere oportet; hos inter primus est Pau-
 lus Tarnovius Lutheranus quidem, sed
 de Hermanni Rothmani erroribus valde
 suspectus, edidit tractatum *de novo*
Evangelio, quo, tanquam remedio ut
 inquit Calvinistæ, capitalem Ec-
 clesie Lutherane morbum sanare co-
 natus est. Scripsit præterea commen-
 tarium in Evangelium S. Joannis, nec-
 non de conjugio, Sacramentis, mini-
 sterio Verbi, præter Synopsin veræ do-
 ctrinæ de fide justificante. II. Daniel
 Tilenus primo Arminianorum hostis,
 postea

Freher. Theatr. Vir. erud. part. I. sect. 3. Niceron. t. 16. p. 256. Vid. supra l. 198. §. 3. pag. 390.

T t 4

Sæc. XVII. postea fautor tam immotus, ut officio
 A. C. 1633. amoveri, quam cedere maluerit, pa-
 lam professus, quod si vel Mahometana
 vel Calvinianam Religionem amplecti
 cogeretur, potius Mahometanus quam
 Calvinista fieri vellet. Edidit animad-
 versiones in Synodum Dordrechtensem,
 notas in Bellarminum de Ecclesia, Papa
 & Verbo Dei non scripto, præter plura
 alia. III. Polycarpus Leyferus infelix
 ille Calvinio-Lutheranæ unionis faber
 scripsit contra Patrem vindicias, an
 Syncretismus in rebus fidei cum Calvinis-
 tis coli possit, & in politica conversatione
 Pontifici illis sint præferendi? exstant
 quoque alii disputationes de pace Ecclesie
 Evangelicæ, Harmonia Calvinistarum &
 Photianorum circa Cænam &c. IV. Joannes
 Cluverius ex Crempensi Ludimagistro
 Pastor nominatus epitomen Historicam,
 computum chronologicum de annis Christi,
 Harmoniam Evangelistarum & alia haud
 magni momenti opuscula confarcinavit.
 V. Franciscus Godwin Herfordiensis
 Pseudo-Episcopus edidit commentarium
 de Prælatibus Angliæ, necnon de conversione
 Britannicæ ad Christianam Religionem,
 Annales rerum Anglicarum, & Catalogum
 Cardinalium Anglorum, &c. VI. Georgius
 Abbotus Cantuariensis Archiepiscopus

Archipræful, qui venationi intentus, **Sæc. XVII.**
 dum Sylvæ custodem trajecerat, offi- **A. C. 1633.**
 cio suo amotus tandem ad arcem suam
 relegatus est, ubi die quarta Augusti
 septuagenario major decessit: Scripsit
 quæstiones sex de S. Scriptura & SS.
 Patribus, explanationem Prophetæ
 Jonæ, Papismum eversum contra Tho-
 mam Hill, qui ad Catholicorum Sacra
 transit, descriptionem Orbis, tracta-
 tus de vera visibili Ecclesia, de Valte-
 lina Laniena, & de cultu SS. Nominis
 Jesu præter Vindicias sabbati, anno-
 tationes in Jobum & Psalmos. VII.
 Joannes Crellius secta Socinianus, qui
 conscripsit Ethicam Christianam, li-
 brum de Deo, ejusque attributis, nec-
 non de Deo Patre, & Spiritu Sancto,
 unacum vindiciis pro Religionis liber-
 tate. VIII. Daniel Micolevius elucu-
 bravit disputationem Vilnensem de
 Capite Ecclesiæ, & Syncrifin Articu-
 lorum fidei.

§. LXXXVII.

*Calvinianæ Inquisitionis severitas in
 quemdam sectæ suæ desertorem.*

Hoc anno Genevenses Calvinistæ lu-
 culento rursus monumento com-
 probatum reddidere, quam alieni sint
 ab illa charitate ac mansuetudine, quam
 T t 5

*Epist. Præ-
 vostii Eccle-
 siast. Genev.
 die 18 Maji
 1633. Hist.
 Eccl. Jæger
 in l. 3. s. 15.*

Sæc. XVII. in Romana Ecclesia erga hæreticos, &
A. C. 1633. a fide orthodoxa devios desiderant, e-
 dem perperam exprobrantes, quod illa
 lata conscientis violentia, everlaque
 conscientia libertate errantes non pre-
 cibus, aut rationum momentis, sed
 suppliciis, ipsaque mortis poena per In-
 quisitionis tribunal plectat: quippe Ro-
 mana Inquisitio vix ullum tantæ seve-
 ritatis exemplum suppeditat, quale Ge-
 nevensis Inquisitio in miserum Nicolaum
 Antonium Lotharingium exercuit: Er-
 rat hic Religione Catholicus, ac Mus-
 ponti in Jesuitarum Collegio educatus
 postea vero Metis a Terrio Calviniano
 ad suam sectam pellectus, Philosophiam
 & Theologiam privatim docendo, ut
 tam aliquamdiu sustentabat, publicum
 que Professoris munus pro meritis ob-
 tinuisset, nisi Catholicæ educationis
 suspicione fuisset aspersus: tandem a
 Barone Divonnensi ad Calviniani Pa-
 storis officium vocatus, ab eodem Do-
 mino accusabatur, quod fide & occulte
 professione Judæus esset, eoquod sub-
 inde mente captus blasphemias in Deo
 Filium effutisset, & quamvis ad se
 reversus illis abstineret, veritatem ta-
 men illius articuli pernegare credeba-
 tur: Propterea *juxta leges Calvinianas*,
 inquit Prævoftius Genevensis Prævo-
 hujusque causæ Judex, Antonius
 mortis

mortis reum semper judicavit, ut vero Sæc. XVII.
 apertius animi sui sensa exponeret, duo- A. C. 1633.
 decim assertiones contra Christi divini-
 tatem, ejusque legem in charta ex-
 pressit, qua eidem ablata Magistratus,
 Prædicantibus desuper in consilium vo-
 catis, sententiam in eum tulit, vi cujus
 laqueo suspensus, postea igne consum-
 ptus est. Quis non putaret, quod Ge-
 nevenses Caspari Schioppii consilium
 fuerint secuti.

§. LXXXVIII.

*P. Sotelli Minoritæ relatio de Eccle-
 siæ Japonicæ statu.*

Sub idem tempus P. Fridericus Ludo- Jäger. hist.
 vicus Sotellus Regius ad Apostoli- Eccl. p. 535.
 cam Sedem Legatus, Regnique Oxen-
 sis Apostolus ex Ordine FF. Minorum,
 ac postea gloriosus Martyr Urbano VIII.
 Pontifici recens exortam in Japonica
 Ecclesia afflictionem calamitatemque
 retulit, affirmans, quod nonnisi publi-
 ca & manifesta scripserit; demum ex-
 positis præcipuis illius causis remedia
 tanto malo prævalentia opponi efflagi-
 tavit: Præprimis vero Imperatoris ty-
 rannidem, Bonziorum insidias, nec-
 non Virorum Apostolicorum paucita-
 tem prolixius commemorabat, gravi-
 ter questus, quod cum tot Provin-
 ciæ,

Sæc. XVII.,ciæ, totque civitates magnæ & po-
 A. C. 1633., pulosissimæ in Japonia exsultant, qui-
 „bus per multum temporis spatium, non
 „dicam Evangelium prædicare, sed
 „quas vix ac ne vix quidem percurre-
 „re aut certe perlustrare possunt, illi
 „nihil fecius tamen earum Episcopi-
 „tam ex prætenso illo privilegio a Ja-
 „poniæ Governatore magnis impensis
 „concesso sibi solis arrogant, & si de
 „alterius Ordinis Ministris vel Zelo cha-
 „ritatis permotis, vel ab ipsis fidelibus
 „ad refectorem animarum tam dir-
 „turna fame spiritali tabescentium vo-
 „catis comperiuntur, quod eos, qui
 „per viginti & amplius annos non sunt
 „confessi, multo minus Sacerdotem vi-
 „derunt, aut confessiones audierunt,
 „lapsi jamjam proclives confirmant,
 „a fide delapsos reducerint, necnon in-
 „fidelium quamplurimos converterint;
 „ecce! e diverso consurgentes Jesuitæ,
 „etiamsi ea Provincia longissime distet,
 „& eam antea nunquam vel pede qui-
 „dem tetigerint, quam propere veniunt,
 „ministros talia perpetrantes oppressuri,
 „eisque statutum Concilii Tridentini
 „objectant, quo præcipitur a S. Syno-
 „do sub excommunicationis sententiâ,
 „ne ullus Sacerdos Sacramenta in al-
 „terius Parochia ministraret sine con-
 „sensu, imo, quod magis est, & la-
 „tino

„tino idiomate idem producentes pu- Sæc. XVII.
 „blice referunt. Sin vero ejusmodi A. C. 1633.
 „Ministri porro instant, hic non de ter-
 „ris infidelium & novis conversionibus,
 „nec de neophytis christianorum, sed
 „veterum christianorum Regionibus
 „sermonem esse, evincendo, eosdem
 „tanquam refractarios Concilii trans-
 „gressores palam divulgant, & ab istis
 „locis multis machinis propellere an-
 „nituntur: Christianis autem omnem
 „susceptionem illorum, atque hospiti-
 „um sub nefandis comminationibus
 „interdicunt, ut talibus postea, qui
 „vel confraternitatibus Rosarii, puta,
 „vel chordæ vel corrigiæ adscribuntur,
 „apud pios quosdam deprehensis su-
 „sceptores vehementer castigatos, qua-
 „sique non amplius christiani essent,
 „a se ejiciunt, ac Francisci chordæ
 „addictos a communione Sacramento-
 „rum excludunt. Præterea ubique lo-
 „corum ablegant, qui se Episcopi sui
 „Vicarios venditantes, christianos hor-
 „rendum in modum vexant, & ut pro-
 „legitimis Superioribus agnoscantur,
 „his pro ea qua pollent, auctoritate
 „graviter injungunt, quæ res eo ex-
 „tremitatis pervenit, ut & in Orientali,
 „& Occidentali plaga, ubi nullus eo-
 „rum antehac prædicarat, nedum has
 „terras aspexerat, verum Religiosi S.
 „Fran-

Sæc. XVII. „Francisci primum ibidem annuatiave
 A. C. 1633. „rant Evangelium, ac usque ad perfec-
 „tionem publicas Ecclesias ex Licen-
 „tia ab Imperatore data habuerant,
 „de illis missi fuerint, qui se Episcopi
 „Vicarios, nescio qua ambitione adacti,
 „jactarunt, & antiquos Ministros ma-
 „ximis contumeliis affecerunt; & ut
 „multa alia, prosequitur Sotellus, præ-
 „teream, ex qua facta relatione culli-
 „bet sana mente prædico satis consti-
 „re arbitror, religiosos hos Jesuitas de-
 „volos velle inter Christianos pro Domi-
 „nis haberi, atque unicos patronos re-
 „putari, qua de causa quoque nullo
 „modo permittunt, ut alii præter ipsos
 „Jubilæa publicent, neque tolerant Con-
 „fraternitates etiam ab Ecclesia appro-
 „batas, ipsisque Ministris annexas, ne-
 „que aliud quidpiam spirituale opus fi-
 „delium devotionem promovens, & ad
 „fidei incrementum valde conducens.
 „Quod si etiam a Vicario Generali sive
 „Gubernatore alios Ordinis christiani
 „petunt, ut informationes juridicas
 „fratrum suorum pro christiana fide
 „martyrium subeuntium faciant, re-
 „pulsam accipiunt, cum de suis Mar-
 „tyribus copiosissimas conficiant infor-
 „mationes, & magnificis relatione-
 „bus relationes alias superaddant, si
 „quid

Sæc. XVII.
A.C. 1633.

„quid ab aliis Sacerdotibus magnifi-
 „cum, si quid gloriosum fiat, hoc ipsi
 „annihilare, variisque fraudibus deco-
 „lorare contendunt. Si quæ Religiosi
 „intentaverunt, obsistunt, vel saltem
 „cecu futilia proclamant: si qua scribun-
 „tur, ea quoque pro falsis haberi co-
 „nantur, aut certe malevolas passiones
 „scriptis affingunt. Quæ sua sunt, ac
 „per suos fiunt, exquisitissimis verbis
 „extollunt, prædicant, & in vulgus
 „spargunt: in Sanctitate, in scientia,
 „in autoritate non solum primi esse,
 „sed neque sibi æquales habere volunt.
 „Quare quæ ipsi primi non faciant, nec
 „aliis Religiosis licitum est inchoare,
 „& quantumvis tantum onus propriis
 „viribus sustentare non valeant, alio-
 „rum tamen adiutorium respuunt. Si
 „quid vero adversa ipsorum causa eve-
 „nerit, quia propatula inficiari ne-
 „queunt, palliata tamen vera causa
 „vel præmaturo Religiosorum Zelo vel
 „eorum prudentiæ defectui illud tri-
 „buunt, idque sub magna specie ubi-
 „vis publicare sciunt.„ Ipsum etiam
 „Episcopum Jesuitis suis adeo dicit esse
 „subiectum, ut nihil præter ipsorum
 „placita, & ab ipsis ordinata agere pos-
 „sit; hinc ejus autoritatem, nomen-
 „que ipsis ad omnia deservire; quæ sibi
 „placeant, ejus nomine & autoritate
 exe-

Sæc. XVII. A. C. 1633. exequenda, quantocumque demum cum
 dispendio animarum id fiat. Quæ cum
 teneræ plantulæ oculis suis cernant,
 hujusmodi eos committere, qui unum
 Deum, unam fidem, unum Baptisma,
 unum ovile, pastorem unum annun-
 tiant, amorem Dei & proximi finem
 legis Divinæ prædicent, in fide tri-
 bant; & quod deterius est, nonnulli
 a fide prorsus deficiunt, nonnulli au-
 tem infideles illudunt ceteris christia-
 nis, legemque divinam pro ludibrio
 habent, dicentes, quod aut illi veri-
 tatem non docerent, aut certe veri
 esse ipsi non crederent, quæ prædica-
 rent; & nullum statuunt discrimen in-
 tercedere inter suos Sacerdotes (quos
 Bonzios appellant) & christianorum,
 propter multas quoque contradictiones,
 propterque eandem fere doctrinam ver-
 bis tantum differentem: quod id ipsum
 est, cur alii deinceps inferant, dicitur
 esse Deos; unum divitem & potentem,
 alium vero pauperem & humilem, qui
 a divite opprimatur, atque deludatur.
 His subjungit Sotelus alias sententias
 a Japonensibus mutuatas, quæ vel in
 ipso etiam rigore Scholastico adhuc
 dum dubiæ sint, v.g. quod Catechu-
 menos de usuris antea factis jam vero
 restituendis aut componendis ante Ba-
 ptismum non admoneant, sed postea

ad confessionem referant, & idem de Sæc. XVII.
 male habitis & de servis injuste posses- A. C. 1633.
 sis affirmant; antequam fidei rudimen-
 ta noverint Catechumeni, eos publice
 baptizent, idque cum sola aqua; extra
 casum necessitatis communem licen-
 tiam concedant non solum Sacerdoti-
 bus, sed ipsis etiam secularibus omnes,
 quos suadent, baptizandi, quamvis &
 ad baptismum disponere homines, &
 actus supernaturales fidei divinæ & con-
 tritionis insinuare, omnimode igno-
 rent: quod insuper in commodatis tri-
 ginta aut viginti pro centum etiam dato
 pignore ob consuetudinem & officium
 accipere permittant, nec antea Dia-
 conos nedum ordinatos in Missa solen-
 ni, in pulpitoque Evangelium populo
 prædicare curent, quæ proinde cum
 omni tempore nociva valde sint & per-
 niciosissima, tum hac instanti persecu-
 tione præcipue longe venenosiora lon-
 geque pestilentiora, hinc, ut citius,
 quæ videbuntur magis opportuna, di-
 sponeret Pontifex, humiliter & suppli-
 citer efflagitabat Sotellus.

§. LXXXIX.

*Halberstadiensis & Francofordianus
 Protestantium Conventus.*

Hist. Eccles. Tom. LIX, Uu Hic

Sæc. XVII.
A. C. 1634.

*Adl. An.
nal. Boic.
part. 3. l. 19.
Jæger Hist.
Ecc. p. 540.
& 537.*

Hic annus currentis sæculi trigesimo
quartus Cæsareorum armis
nihil auspiciator affulserat; cum enim
Brandenburgicus Elector Pomeraniae
defuncto Duce sibi tradi peteret, &
lector Saxoniae supremum exercitus
perium sibi vendicaret, aliunde
Suecorum fortuna ipsis foederatis
spicionem moveret, mutua æmulo-
ne, invidia, indeque exorta mentis
consiliorumque dissolutione ac diffiden-
tia compositæ societatis nexus inter-
debatur. Vulneri remedium oppo-
re satagebant Saxoniae inferioris
nes, qui ineunte hoc anno Halberstadii
conventum habuere, de belli tam
niendi quam gerendi rationibus delibe-
raturi. Hos Saxoniae Elector ad mutua
voluntatum concordiam datis literis
hortabatur, ne Sueci suam magnitudi-
nem fortunæ alienæ dispendio augerent
ac patria libertas exteri foederis ve-
culo adstricta sensim in servitutem de-
generet: Verum Oxenstirni & Ulrici
Brunsvicensis Ducis sententia præva-
luit, qua decretum, ut innovato cum
Suecis foedere, ac Saxonia Superiori
& Westphalicis Provinciis in eandem
belli societatem vocatis, validior contra
Cæsarem, Catholicosque exercitus con-
traheretur, armorumque Imperator
Georgio Brunsvicensi Duci, & Joanni
Bar

Bannero Sueco committeretur: Præ-
 terea Oxenfirnius Filium suum ad Ba-
 tavos, Anglosque ablegabat, ut hos
 ad bellum contra Cæsarem, Hispanos-
 que incitaret. Paulopost alius Fran-
 cofordiæ ad Mænum conventus habe-
 batur, ad quem Protestantes per Ger-
 maniam omnes invitati, magno nu-
 mero confluerant. His denuo Oxen-
 firnius pro summa, quam sibi arrega-
 bat, auctoritate & Imperio proposuit,
 quod pacis studiosissimus esset, hanc
 vero Catholici variis tergiversationibus,
 artibusque eluderent, proin animo-
 rum viriumque conjunctio ad oppri-
 mendam Catholicorum potentiam, &
 invadendas Ecclesiarum fortunas im-
 pendenda foret, Suecisque ob rem fe-
 liciter gestam præmia, bellique sum-
 ptus hucusque facti rependendi essent.
 Obstitit ferme solus Saxonix Legatus,
 qui pacem procurasse, impense suade-
 bat; jam enim Elector cum Wallen-
 steinio pacisci cæperat: tandem vero
 hisce disceptationibus per totam æsta-
 tem protractis, foedus inter sex circulo-
 s, Suecosque stimulante præprimis
 Fequerio Gallix Regis Legato, sancitum
 est, cui tamen Saxonix Elector
 accedere renuebat, graviter offensus,
 eoquod sibi suprema rerum gerenda-
 rum auctoritas, & Augusto Filio suo

Uu 2

Magde-

Sæc. XVII.

A. C. 1634

Magdeburgensis Episcopatus fuisset
 adeptus; jam tum enim Oxen-
 tius pro suo arbitrio Episcopatus
 tiebatur, & quidem Buzoviensem
 dolpho Friderico Megapolitano
 Magdeburgensem vero & Halber-
 diensem Principi Sueciæ addicto
 bat, condita lege, vi cuius nullus
 vinista publicis muneribus admo-
 tur, nisi ad Lutheri castra transiret
 quocirca Stalmanus Cancellarius
 Calvinianus suo officio sese ultra
 dicabat. Ut autem Sueci iactato
 cis desiderio Catholicis impone-
 Danix Regis operam implorarunt,
 pacis arbiter esset. Haud equidem
 Maximilianum Bavarix Electorem
 terosque Principes Catholicos la-
 rat, haud aliam a Protestantibus de-
 derari pacem, nisi qua Ecclesix spo-
 retinere, reliqua Ecclesiasticorum
 na invadere, remque Catholicam,
 Domum Austriacam, si fieri posset,
 primere valerent: nihilominus Bava-
 rix Elector per suum Cancellarium
 Cæsari significabat, hanc pacis tra-
 ctationem, si Dani Regis opera con-
 retur, haud esse respuendam. Verum
 Protestantibus prospero armorum
 cessu elatis, ejusmodi consilia in-
 tum cecidere.

S. XI.

Sæc. XVII.
A. C. 1634.

§. XC.

Alberti Wallensteinii Fridlandiæ Ducis perfidia, & interitus.

Præterea Sueci, ceterique Protestantes in novas prosperi successus spes erigebantur, postquam eis innotuerat, quod Wallensteinus, ultione in Cæsarem ob ademptum militare imperium recrudescente, clandestina cum hostibus consilia moliretur, palamque in eorum partes transire pararet: Præluferat jam suæ perfidiæ, cum post Suecorum cladem ad Steinaviam ipse viduoræ cursum sifteret, relictaque Pomerania, quam integram nullo negotio Cæsari subicere potuisset, in Palatinatum superiorem, indeque re infecta in Bohemiam reverteretur; tum enim clam cum Suecis, Gallisque jamjam convenerat, ut occupato Danubio arma in Ferdinandum Cæsaris Filium verteret, ipsumque Imperatorem, Imperiumque pessumdaturus esset, ea lege, ut Bohemiæ regno in præstiti obsequii præmium potiretur: Hæc ipsa regnandi cupiditas Wallensteinium impulerat, ut spretis Ferdinandi Cæsaris jussis, proprio nutu arma, pacemque moderari, innataque superbis omnibus pervicacia, detrectare primum imperia

U u 3

ria

Sæc. XVII. ria inciperet: mox autem conspirationem
 A. C. 1634. exorsus, a Cæsaris obsequio præcipuus

Illoam & Adamum Erdtmanum Tem-
 hium affinem suum, aliosque Tribu-
 nos in scio Imperatore Pilsenam con-
 catos amplis promissis abruptit, eisdem
 hæc exponens: insuper habitis tot ob-
 sequiis per triginta annos Cæsareæ Do-
 mui præstitis hæc demum mihi relin-
 tur gratia, ut prævalente æmulationis
 invidia rursus militari exuar imperio
 ea de causa mihi a Cæsare in manda-
 tis datum, ut media hyeme Equita-
 tum extra Bohemiam & hæreditarias
 Austriacæ Domus Provincias in hibe-
 na educerem, & reliquam exercitus
 partem Passavium contra Vinariensium
 & sex equitum millia Ferdinando Es-
 spano obviam mitterem: hæc autem
 iussa ideo fuere excogitata, ut militi-
 bus frigore & inedia consumptis, me
 criminandi novum argumentum me
 hostibus suppeditaretur: minus autem
 meam ignominiam, quam miseram tot
 militum sortem doleo, quos meo æ-
 potissimum hucusque alui, nunc vero
 pecuniis, ope & imperio destitutos
 mortique destinatos deserere cogi-
 præstat ergo, ut supremi Ducis impe-
 rium sponte abdicem. His ita expo-
 tis insuper per suos amicos inter gre-
 garios milites spargebat, Wallensteinum

nium Cæaris indignationem incurrisse, ^{Sæc. XVII.}
 eoquod contra Cæsarei Senatus man- ^{A.C. 1634.}
 datum copias intempestiva hyeme in
 expeditionem extrudere recusasset.
 Tantum valere hi rumores, ut Tri-
 bunorum potissimi decernerent, Frid-
 landum esse rogandum, ut militiæ Præ-
 fecturam diutius retineret, quo facto
 æquum esset, ut & ipsi fidem suam au-
 xiliumque Fridlando interposita jura-
 menti Religione obstringerent, nec ul-
 lo pacto permitterent, ut eidem in-
 vito militare Imperium abrogaretur:
 Hoc decretum quinquaginta duo Tri-
 buni suo firmabant chirographo, jam-
 que ex conjuratis quidam Francofurti
 cum Ochenstirnio, & Ratisbonæ cum
 Vinariensi Duce agebant, ut Wallen-
 steinii copiæ sese Suecis jungerent: Frid-
 landus quoque Schafgotium in Silesiam
 & Picolominæum in Austriam superio-
 rem ablegabat, ut ceteras copias in
 partem conjurationis traherent, & sup-
 petias ab Austriæ ingressu prohiberent.
 Verum conjuratorum multitudo, quæ
 infida est arcani custos, Wallensteinio
 omnino feralis existit; quippe ex eo-
 rum nonnulli, partim conscientiæ acu-
 leis animum cruentantibus stimulati,
 partim sceleris atrocitate deterriti to-
 tam prodicionis seriem Cæsari detegere
 statuerunt. Hos inter præcipui erant
 Un. 4 Colo-

Sæc. XVII. Coloredus, Gallassus & Piccolomines
 A.C. 1634. Belliduces, a quibus Cæsar de periculo admonitus, edictum promulgavit, jussit, vi cujus omnes Duces, militesque Fridlandi imperio solvebantur, interim Galassio parere jussi, simulque fidissimo cuique injunctum, ut Wallensteinium, Tertzium, & Illoam vivos, si fieri posset, in potestatem Cæsaris traderent: At Wallensteinus sua consilia fuisse detecta subodoratus, repente Pilsna Egram contendit, ut Suecis, necnon Hibernicæ legioni, cui plurimum fidebat, propior esset. Sub idem tempus Leslæus vigiliarum præfectus eidem literas detulit, quibus Franciscus Albertus Saxo-Lauenburgicus Dux Vinariensem omnibus Fridlandi postulatis annuisse, & utriusque exercitus conjunctionem præstolanti, nuntiabat: Has literas pro munere suo prælegerat Leslæus, quem Wallensteinus sibi omnino addictum ratus, de Suecis, ceterisque conjuratis intra bi-duum cum valido agmine Bohemiam invasuris certiozem reddidit: cum ergo Leslæus summum in mora periculum esse cognosceret, rem totam Gualtero Butlero Tribuno & Gordonio Egrensis præsidii Præfecto manifestat: Horum una erat vox, nullam salutis publicæ rationem esse reliquam, nisi perduc-

lium nece imminens ruina prævertere- **Sæc. XVII.**
 tor: communicatis igitur inter se con- **A. C. 1634.**
 filiis conventum, ut Tertium, Kin-
 ckium, & Nyemannum Gordonius in
 arcem ad cænam invitaret: compa-
 rent illi; interim vero Robertus Geral-
 dinus, & Gualterus Deverofius, ut illa
 nocte vigilias in arce haberent, triginta
 militum fidissimis præceperunt: alios
 vero sex generosi pectoris milites sele-
 gere, qui dato signo consilium exe-
 querentur. Rebus ita dispositis per-
 actoque convivio ad Deverofii nutum
 hi milites stricto ferro ingressi clamant:
 Vivat Ferdinandus! moxque conjura-
 tostrucidant: vindicata horum perduel-
 lione Butlerus cum Geraldino, fida-
 que suorum manu ad Wallensteimii
 ædes die vigesima quinta Februarii con-
 tendit, ac Deverofium cum sex aliis
 hastatis cubiculi ostium effringere ju-
 bet: hoc strepitu excitatus Wallenstei-
 nius, quid rerum ageretur, explora-
 turus, solo indusio indutus ad fenestram
 convolat, quem Deverofius his verbis
 compellat: *tunc ille, qui hosti exercitum
 jungere, & Cæsarem diademate spoliare
 machinatus es: jam nunc morere: nihilo-
 minus, ut misero se ad mortem accin-
 gendi spatium indulgeret, ictum distu-
 lit; cum vero Wallensteinius nulla e-
 dita voce, brachiis expansis corpus*

Uu 5

vul-

Sæc. XVII. vulneri objecisset, illum Deverofius
 A. C. 1634. hasta secundum pectus impacta prostra-
 vit, postea cadavere tapeti inve-
 luto, atque ad arcem devecto in scri-
 pta, ejusque literas sedulo inquisitum
 immisissisque centum Equitibus Dux
 Saxo-Lauenburgicus in custodiam da-
 tus, Viennam ad Cæsarem abductus
 est; pariter Pilsenæ sexdecim tum Tri-
 buni, tum inferiores Ductores ac octo
 Senatores Pilsnenses capitis supplicio
 fuere addiçi: Schaftenbergio tamen,
 æque ac Henrico Julio Duci Lauenbur-
 gico & Schliffio Cæsar vitæ gratiam
 fecerat: capto autem Schafgotschio, e-
 jusdem Vicarius adductis mille octin-
 gentis militibus, convocatisque Trop-
 paviensibus incolis secta Lutheranis Cæ-
 saris Deputatos in vincula dedit, et
 novam in Cæsarem conflasset factionem,
 nisi ea tempestive fuisset suppressa, et
 stipendiorum parte copiis submissa, nec
 non Fridlandi fautoribus ab exercitu
 dimissis Ferdinandus III. Cæsaris filius
 ac Bohemiæ, & Hungariæ Rex supre-
 mum militiæ Imperium suscepisset. Ho-
 demum fuit exitus Alberti Wenceslai
 Eusebii Comitis de Wallenstein, non-
 nisi quinquaginta duos annos nati, quem
 præceps fortuna ex paupere Nobili pri-
 mum in Comitem, Imperii Principem,
 summum Cæsarei exercitus Præfectum
 Neg

Megapoli, Fridlandiæ, Sagani ac Glo- Sæc. XVII.
 govix Ducem, & denique in alterum A. C. 1634.
 ferme Cæsarem evexerat, ambitio ve-
 ro ac perfidia ad tragicam mortem,
 & pene nihil detrufit. Hujus Viri obi-
 tus pro vario studio partium, natio-
 numque varie accepta est, & præci-
 pue Protestantes, ut Cæsari invidiam
 conflarent, Wallensteinium prorsus in-
 noxium, inauditum atque indefensum
 nonnisi ex æmulorum, Jesuitarum, a-
 liorumque Sacerdotum odio, falsisque
 criminationibus morte tanto Viro in-
 digna sublatum fuisse comminiscuntur;
 adeo nullus est magni momenti casus,
 qui non in utramque partem Patronos
 nanciscatur.

§. XCI.

*Res Suecorum in Superiore Ger-
mania.*

Ex Wallensteinii obitu graves in exer- Priorat.
 citu Cæsareo motus esse orituros, Hist. Ferd.
 sperabant Sueci, Gallasi tamen & Pic- III. part. I.
 colominæ solertia effectum, ut copix lib. 9.
 in officio continerentur, nullaque ex
 parte novæ turbæ suscitarentur. In-
 terim vero Bernardus Vinariensis Dux,
 Cronacensi urbe incassum tentata Do-
 nastauffium deditione accepit, arcem-
 que subfosso nitrato pulvere in rudera
 rede-

Sæc. XVII. redegit, pluribusque in Palatinatu
 A. C. 1634. periore urbibus nullo ferme negotio oc-
 cupatis Bavaros, qui Wilzburgo anno-
 nam intulerant, inde reversos proci-
 gavit, atque Aichstadium misera
 prorsus desolatione delevit, postmo-
 dum comperta Fridlandica conspirati-
 one in Bohemiam movit, intercepta Pil-
 senera Wallensteinio opem laturus, qui
 tamen Cæsareis e Bohemia moventi-
 bus, non sine clade reverti compulsus
 est. Alteram vero Danubii Regionem
 omnemque ferme Sueviam Gustavus
 Hornius infestis excursionibus exha-
 uerat, subactisque Ravenspurgo, Bibe-
 raco, Mindelheimio, Campoduno, &
 Memminga Cæsareos ad Wangenam
 magna clade affectit, frustra tamen
 Uberlingam obsedit. Magis tamen pro-
 spera fors postea arridebat Bavaris; quæ-
 pe Aldringerius supremus Boici exerci-
 tus Præfectus, Straubinga ad deditio-
 nem compulsus, Sultzbacum, Chamum, Neu-
 burgum, pluresque alias Palatinatus
 Superioris urbes ejectis Suecis, Bava-
 ro restituit: Sub idem quoque tempus
 Ferdinandus III. Hungariæ Rex cum
 valido exercitu in eundem Palatinatum
 movit, ut sese Bavaris conjungeret.
 Ratisbonam expugnaturus: comperto
 hoc consilio Vinariensis Dux magnis iti-
 neribus in Bavariam reversus, caelo
 pri-

primo Croatarum agmine Cæsareorum Sæc. XVII.
 castra oppugnare cæpit, irrito tamen A. C. 1634.
 successu, quocirca motis inde castris in
 urbem se recepit, ac paulopost relicto
 quatuor millium præsidio cum ceteris
 copiis Ratisbona in Franconiam seces-
 sit: Saxones vero & Sueci, ut Ferdi-
 nandum Regem a Ratisbonensi obsidio-
 ne averterent, in Bohemiam irrupere,
 Pragamque obsidere moliti sunt. Ex-
 inde Cæsarei, Bavarique majore quam
 antea, vi Ratisbonam quaterre cæpe-
 rant, eamque post acrem duorum men-
 sium oppugnationem die decima septi-
 ma Julii ad deditiorem compulerunt,
 ubique pacta demum Religionis li-
 bertate, ac Suecis præfidiariis hono-
 rifice dimissis Ferdinandus castris ad-
 verso Danubio motis Forchemium ob-
 sidione liberavit, & Wendlinga, Do-
 nawertha, Lauinga, aliisque pluribus
 circum locis non sine magna Sueco-
 rum clade recuperatis in Vindelicos
 movit. Eadem vero die, qua Ratis-
 bona erat capta, Cæsarei Suecos, Sa-
 xonesque Praga, totaque Bohemia ex-
 turbarunt, capto etiam Alberto Saxo-
 niæ Principe.

Sæc. XVII.
A.C. 1634.

§. XCII.

Landishutum Boicum oppidum a Suecis expugnatum, direptumque.

*Le Blanc.
Hist. de
Eavier. t. 4.
Annal. Boic.
part. 3. l. 19.*

Cum hæc gererentur, Vinariensis Ducem decem armatorum millibus, quem Hornius in Bavariam infuderat, auctus Aicha urbe penitus deleta, Landishutum obsidere statuit, arcemque aggressus, edita tergemina muri ruina, eodem die vigesima secunda Julii expugnavit. Irrumpunt igitur Sueci crebram suorum cladem ulturi, ferro, sanguine miscent omnia, fugant, proteperunt, ac trucidant obvios quoscumque indeque certatim per montis declivem perque sinuosas vias in urbem furibundi effunduntur, & præfidiarios paulatim pedem referentes cædunt, eosque ad Isaræ pontem propellunt, demum milite ejecto in cives innoxiosque faciunt. Stratæ viscebantur cadaveribus plateæ, ædesque incendiis dirutæ. Enimvero imminentem cædem magno numero Viri, foeminae, pueri ac infantes effugere certabant, confertim tamen ad pontem fugientes, alii ab hoste aut cæduntur aut capiuntur, alii elisi ac conculcati, non pauci e ponte detrusi fluctibus hauriuntur. Ipse etiam Aldringerius, Bellidux benigniore facto digni-

Sæc. XVII.
A.C. 1634.

dignissimus, cum urbi in auxilium pro-
 perat, in ponte super Isaram globo tra-
 jectus occumbit. Nec tamen tot mi-
 ferorum clade fatiata erat Suecorum
 inhumanitas, quæ innocentis Sacrique
 cruoris sitibunda Ecclesiasticos, Mo-
 nachosque ad crudelissimam lanienam
 tanquam hæretici furoris victimam de-
 polcebat. Horum ergo quosdam solo
 Religionis odio inermes, innoxiosque
 intra domesticos parietes trucidarunt,
 cæcorumque corpora in flumen proje-
 cere: alios fune circum tempora susti-
 bus in arctum contracto excruciant,
 ut gazam, quam tamen ignorabant;
 proderent: quamplurimos infusa per
 vim aqua, eaque rursus e ventriculo
 calcantium pedibus extorta (quam
potionem Suecam vocant) horrendum
 in modum excarnificarunt. Tenuit
 quoque cruenta urbis direptio plures
 dies, & quamvis cives omnibus pene
 facultatibus fuissent exuti, violenta ta-
 men ac præstando impar indicitur ex-
 actio, & pro solutionis securitate obli-
 des in diram longamque vexationem
 abstrahuntur: nec etiam ædibus Sa-
 cris, ac mortuorum ossibus parcitum;
 quippe tumultuantes hæ furix S. Ca-
 stuli, aliorumque Divorum ossa in Tem-
 plo ad S. Martinum projecta per pavimen-

Sæc. XVII. mentum sparserunt, thecasque argen-
 A. C. 1634. teas vertere in prædam.

Ineunte hoc anno rustici in Bavaria ad
 Oeni confinia, cum militum injurias per-
 tæsi essent, bidentibus, sudibus, aliisque
 agriculturæ instrumentis armati, nu-
 mero ferme septingenti Ebersperga
 confluerant, nullo hostis amice dis-
 crimine obvios quosque milites truci-
 daturi: Re comperta Maximilianus
 Elector, ut hosce miseros ostensa ve-
 morum violentia terreret, die decima
 octava Januarii milites suos immisit,
 resistunt tamen rustici, suosque in te-
 ciem educere tentant, ast bellici to-
 menti fragore territi fugam arripiunt.
 Pars ferro cæsi in fuga, pars in æd-
 bus suis: alii vero insequentis militum
 furorem in sylvis & paludibus latitan-
 tes declinabant, hujus vero tumultus
 Antesignanus & viginti duo alii in ædibus
 quo confugerant, injecto igne perierunt.

§. XCIII.

*Varia Suecorum fortuna in Alsatia,
 Westphalia & alibi.*

Landishutanam calamitatem præve-
 nerat Bambergensis ditionis deva-
 statio; postquam enim prope Forche-
 mium plusquam ducenti ex Cæsareis
 qui annonam ab hoste relictam Bam-
 berga revehere parabant, a Vinariensis
 du-

Sæc. XVII.
A. C. 1634.

bus cæsi, captique fuerant, Georgius Marchio Brandenburgicus septendecim Templâ, arces undecim, septem oppida, multos pagos, ac quater mille domos flammis exussit. Sub idem quoque tempus Otto Rheni Comes Udenheimium, quod Philippus Spirensis Episcopus a suo (*) nomine Philippopolin nominabat, post diurnam obsidionem deditione cepit, simulque Neoburgum, Sulziam, & Rubeacum expugnavit, præsidiariis custodiæ, rusticis vero, qui eo recesserant, interfectioni traditis: Ubi vero Cæsareos Ductore Comite Salmensi cum quinque circiter armatorum millibus Colmariaë obsidionem parare, atque ab eis annanam secundo Rheno advectam, Brisaceni urbi fuisse illatam compererat, haud cunctandum ratus die duodecima Martii eos ad Watwillam aggressus prælio fudit, capto Salmensi Comite, aliisque Tribunis: demum fortuna Suecis

(*) Potius ludibrio ac miseratione, quam refutatione dignus est Balthasar Babelius, qui in Catholicis cultum Sanctorum risui exponeret, in sua Historia Ecclesiastica pag. 177. falso asseruit: quod Episcopus Spirius fortalium Udenheim vocavit Philippsburgum a Philippo scilicet Apostolo.

Sæc. XVII. Suecis arridente Friburgum die prima
A. C. 1634. Aprilis, Rheinfeldam, Bruntrutum om-
 nesque ferme Alsatix urbes subegit.
 Benignior fors per Westphalam adve-
 rabat Cæsareis sub imperio Godefridi
 Comitis Geleeni, qui castris ad Villingin
 motis Hæxariam vi cepit, castris
 tam præsiariis, quam civibus armatis:
 capta hac urbe, die vigesima secunda
 Aprilis profligato Hassorum agmine
 Beckunum, Hammam, Lunam, arcemque
 Ludvishusianam expugnata, repulso
 Georgio Luneburgensi Duce, qui recuperata
 Hamma Geleenum opprimere parabat.
 In Silesia quoque Goetzius Cæsarei
 agminis Ductor Olesum, quod oppidum
 Sueci inopinè oppresserant, obsedit,
 captoque presidio expugnavit: eandem
 etiam urbem Libschezum & Jægerndorffum
 subiit; unde Goetzius promotis castris
 Troppaviam arcte cinxit, Oppellam quoque,
 incassum licet obsedit, binasque Suecorum
 cohortes, aliosque levis armaturæ equites
 prope Wratislaviam fudit, necnon præfatæ
 civitatis suburbia incendit. Postquam vero
 Saxonix Elector in Lusatiam irruperat, Budissinæ
 urbis in cineres redactæ reddita, necnon
 Gorlicium aliaque oppida receperat, Dresdam
 reverfus Arheimium cum suis copiis in Silesiam
 ducit.

dimisit, quem tamen Goetzius a Sita-
 viensi obsidione Lignitium versus reje-
 cit. Ubi cruentum prælium per tres
 omnino horas, æquata utrinque clade,
 ancipitique victoria commissum est:
 tandem vero Cæsareis Lignitzium sese
 recipientibus, Arnheimius Gloggaviam,
 Sueci Crossenam, & Brandenburgici
 Francofurtum ad Oderam occuparunt.

Sæc. XVII.
 A. C. 1634.

§. XCIV.

Sueci Nördlingæ ingenti clade affecti.

Postquam Ferdinandus Hungariæ Rex,
 Maximilianus Bavarizæ Elector, &
 Carolus Lotharingiæ Dux Suecos e
 tota Bavaria eliminarunt: eorum pro-
 gressibus obstabat Nördlinga Imperia-
 lis Sueviæ Urbs: Hanc ergo obsi-
 dione circumvallare, firmum fixum-
 que animo habuerunt: vicissim Vina-
 riensis, ut Urbi laboranti succurre-
 ret, Hornianas & Wirtembergicas
 legiones, & quicquid demum ex vi-
 cinis præfidiis, & Protestantium co-
 pias corradi poterat, in unum exerci-
 tum triginta millibus validum contra-
 xit, & repugnante licet Hornio prælii
 fortunam experiri statuit. Ferdinan-
 dus Rex hostis consilium subodoratus,
 castra haud procul a Nördlinga posuit,

Priorat.

Hist. di

Ferd. III.

part. I. l. 9.

Bougeant

Hist. Bell.

tric. part. I.

lib. 3.

Jäger. hist.

Eccl.

Sæc. XVII. urbem tota armorum vi expugnaturus.
A. C. 1634. Sueci autem hanc civitatem sibi semper fidam hosti relinquere, sibi & Protestantium nomini indecorum ratus, sexcentos milites urbi inferre parabat: ast a Cæsareis rejecti, superata convalescente, hostem ad prælium elicere incipiunt. Opportune sese Cæsareis tertia Septembris die Ferdinandus Hispaniæ Iulianus cum viginti suorum millibus junxit, quibus suppetiis auctus Ferdinandus Rex, urbem valida oppugnatione premere iussit, cum magna tamen suorum clade ab obsessis repulsus: Tum vere crebra velitatione plerumque Suecis secunda dimicatum, ipse quoque Vindobonariensis Cæsareos Equites, occisorum Duce Aldobrandino, ex sua statione depulerat, promotisque versus urbem castris montem Arenspurgum occupare festinabat, ratus, in superata hoc colle stare summam victoriæ: at tamen Galassus, qui hunc montem jam prior occupaverat, Suecos a Vindobona Duce immixtos iterata clade inde repulsi: die autem ad tenebras incitante nocturnum otium Suecos ab aggreffione distinuit, Cæsareos vero validius firmandum hunc collem animaverat. Ubi paululum diluxerat, motu Hornius e Sylva prorumpens, totum agminis robur die sexta Septembris ad præ-

præfatum fastigium duxit, tormenta- Sæc. XVII.
 que in Hispanos librare cæpit: Nec A.C. 1634.
 fegiores Hispani e tormentis sclopis-
 que suis densam globorum tempesta-
 tem in hostem effudere, Hornium, qui
 quindecies repetito impetu Arensper-
 gum montem occupare nitebatur, sem-
 per invicto animo repellentes; validius
 adhuc incaluerat pugnandi ardor, cum
 Sueci dextrum aciei cornu, cui præerat
 Rex, insolito furore aggrediebantur;
 mox enim Galassus, & Joannes de Werth
 cum Cæsareo - Bavaris generoso mor-
 tis contemptu in Vinariensis & Hornii
 legiones irrumpunt, easque non sine
 maxima suorum strage in proximam
 Syivam fugere compellunt. Accurrit
 tempestive Hornius cum recenti pe-
 ditum agmine, totoque impetu Cæ-
 sareorum propugnaculum aggreditur,
 & occupat, pulsus e statione binis
 legionibus, cæsisque Wurmio Tri-
 buno & Solmensi Comite: Tum
 vero Catholicorum sortem in extremo
 discrimine positam Superis curæ fuisse
 apparuit; cum enim Sueci spe sua vi-
 ctoriam jamjam devorantes turmatim
 advolarent, ex ipso confluentium nu-
 mero loci angustias excedente, confusio
 orta, præterea vix Horniani milites
 incauto impetu in propugnaculum ir-
 ruerant, cum ignis in pulveris nitrati

Sæc. XVII. dolia illapsus, tanta clade Suecorum
 A. C. 1634. quamplurimos discerptos in aera raptaret, ut ceteri in fugam dati propugnaculum, belli tormenta, & vix non palmam Hispanis cederent. Victoriæ autem hic morabatur Bernardus Vinariensis Dux, qui acerrimo pariter & cruento prælio cum Lotharingio Duce deceribat, everso tamen equitatu suo ad altera montis profugere compulsus est, cui etiam ipsemet Lotharingius e dextera sua vexillum eripuit, non sine prospero successu augurio: tum enim plane Suecorum acies inclinare cæperat, & quamvis Turrianus Hornianis subsidio accurreret, & Equitatus in colle lævæ manus confereret, nihilominus prævalente Cæsareorum fortitudine tam Herniani quam Vinarienses a Neapolitanis legionibus male excepti laxatis ordinibus in fugam acti sunt, amissis omnibus impedimentis, bellique tormentis: Cecidere eo prælio ferme sexdecim Suecorum millia, partim in fuga partim in prælio trucidata, præter Ombudinum & Darmstadiensem Duces, & aliosque Tribunos, sex millia a Cæsareis capta, atque in iis Hornius, Cratzius, Rosteinus, Schavelitzius, aliique inferiores Tribuni quamplurimum Cæsareis in spoliis cessere octoginta tormenta, quatuor curruum millia, &

Sæc. XVII.
A. C. 1634.

qui mille ducenti, ac trecenta vexilla, quæ ad summum Pontificem transmissa in Vaticano aliisque Templis Romæ in perenne victoriæ monumentum fuerunt affixa. Tenuit hæc pugna totis decem horis, vix unquam Victoribus gloriosior, & devictis magis funesta, nec etiam jam a multis retro annis Martis furor scænam magis horrendam pro conservanda exigui momenti urbe, quæ tamen mox Cæsaris clementiam implorare cogebatur, exhibuit. Ex Cæsareis nonnisi mille ducenti desiderati sunt. Tantulo impendio ingens hæc victoria stetit: Porro ex hac clade non minor erat Suecorum jactura, quam consternatio; Hornio enim capto, Belliduce in paucis strenuo, milites Sueci sine Duce, sine imperio erant, Otto quoque Rheni Comes paulopost a Lotharingio Duce & Joanne de Werth prope Cubam & Offenburgum obrutus, profligatusque ægre mortis periculum evasit, insuper Bannerus a Piccolomini in Thuringia, & Hassi a Cæsareis haud procul ab Hirsfelda fusi fugati que. Præterea Franconiæ, & Sueviæ urbes pene omnes in Cæsaris fidem, potestatemque vi aut ultronea deditio-
ne redierunt: Elector quoque Saxonix, quamvis in Bohemia Balthasarem Mar-
radium fudisset, repudiato tamen Sueco

X x 4

fæ-

Sæc. XVII. fædere in Cæsaris gratiam reverti parabat: Ex tanto igitur sinistrae fortunæ concursu haud temere sibi prælagabant Sueci, totam Catholicæ fæderis molem in eos incubituram, cum haud ultra Germanicæ libertatis Vindictæ sed Imperii, publicæque quietis hostes omniumque in Germaniæ calamitatum Authores audirent. Desperatas tamen Suecorum, Protestantiumque res in præmium Philippopolis sibi a Suecis deditæ restituit Ludovicus Franciæ Rex qui Duce Forcæo cum viginti armatorum millibus Lotharingiam invasit: inde ergo fœderati Protestantes ad novam spes erecti recentem militem conscripsere.

§. XCV.

Trevirensis Archiepiscopi & Electoris molimina.

Annal. Trevir. Massen. lib. 24. Briet. Annal. Mund. t. 7. p. 563.

Vix depressis Protestantium animis Catholicorum fortuna caput extulerat, cum novi belli incendium Gallos inter & Hispanos exortum extremam calamitatem minaretur: Obtentum bellum suppeditabat Philippus Christophorus Trevirensis Archiepiscopus & Elector qui immodico in Gallos favore excrucatus, repudiatis Hispano-Cæsaris Franciæ Regis protectionem implere

vit, arcemque Confluentinam Gallis Sæc. XVII
 tradidit, ac Philippopolin cedere pol- A.C. 1634.
 licitus est. Inde graves Nobilium, Pro-
 cerum & Canonicorum querelæ, ci-
 vium seditiones, Patria tributis ex-
 hausta, & Ecclesiæ militum insolentia
 incensæ, direptæ & devastatæ: Arma
 parat Elector in Fratres, cives, subdi-
 tosque suos tam Ecclesiasticos quam
 sæculares, Gallorumque ope tutus,
 exactiones censusque immodicos, quos
 inopia negaverat, armata vi extorque-
 re nititur, & mitiora suadentes rebel-
 lium more habet. Incassum Canonici,
 Clerici, Religiosi, Proceresque ad Pa-
 pam, Cæsarem, & Hispaniæ Gallia-
 rumque Reges diversis appellant lite-
 ris: iterato cum lacrimis, & lamentis
 miserandum Ecclesiæ, & patriæ statum
 Archiepiscopo exponunt, haud aliud
 ab eo referentes responsum, quam *præ-
 stare membra, quam Caput perpeti.* Cum
 enim Elector non minus arma quam
 consilia in promptu haberet, velle si-
 mul & impetrare penes se solum esse
 autumabat, quocirca Magistratum ci-
 vesque universos, ut Hispanorum pro-
 tectioni renuntiarent, juratis verbis
 adegit, & Canonicos suis proventibus
 spoliatos, cum profano non posset,
 Sacro anathematis gladio perculit,
 Husmanum Præpositum, Carolum &
 Eme-

Sæc. XVII. Emericum Metternichios, illum Archidiaconum, hunc Scholasticum suis dignitatibus exuit, eisque intra trimestre alios subrogari præcepit: Eum vero hi Leodium ad Petrum Carasam Sæc. Apostolicæ Nuntium provocant; admetur etiam ab eo Elector, ne suæ testatis limites excederet, hic vero eum monita contempsit, suorumque libellos supplices ad Papam & Cæsarem datos, quoquot interceperat, tanquam famosos libellos carnifici flammis publicis abolendos tradidit, Joannem quoque Morionum, qui Canonicorum literas eidem consignavit, necnon Joannem Lyndenum Canonicum ac Clericæ Syndicum, eoquod ad Nuntium Apostolicum Cleri nomine abiisset, carceribus inclusit.

Hæc Archiepiscopi vexatio præcipue in Præpositum & Metternichios nimium atrox ac luculenta erat, ut summi Pontificis, Cæsarisque vindictam effugere posset: Præprimis interitur Urbanus Papa Carassam Legatum suum jussit, ut sese insolenti Electoris violentiæ Pontificiæ auctoritate opponeret. Hic ergo ad eundem die sextidanda Aprilis has dedit literas: Inter
 „lexi cum summo animi mei mærore
 „Eminentiam vestram processisse ad se
 „tentiam definitivam contra Præpositum

Sæc. XVII.

A. C. 1634.

„tum, & Canonicos Metternichios, il-
 „losque suis dignitatibus privasse, eo-
 „rumque loco alios eligi, reliquis Ca-
 „nonicis interminata etiam privationis
 „pœna præcepisse. Hanc sententiam
 „isti irritam esse profitentur, quia lata
 „per iudices, quorum aliqui sunt laici,
 „& conjugati, alii hæretici. Scit au-
 „tem Eminentia vestra Laicos & multo
 „magis hæreticos nulla ratione posse
 „iudicare, aut Sententiam ferre in caus-
 „is criminalibus Ecclesiasticorum, pro-
 „pter notam & indubitam Cleri
 „exemptionem; deinde, quia tam Sen-
 „tentia Scabinorum, quam confirma-
 „tio Eminentiae vestrae continet mani-
 „festum attentatum, cum illi appella-
 „verint ad summum Pontificem &c.

„Quare debui Canonicis reliquis in-
 „hibere, ne ad subrogandos alios Ca-
 „nonicos, aut conveniant, aut suffra-
 „gia conferant, quia, si hæc ipsi ege-
 „rint, aut Eminentia Vestra eos sub-
 „rogaret, attentata attentatis adderet,
 „causamque suam multo redderet de-
 „terioriorem. Ineat potius Eminentia
 „vestra æquiores & magis consenta-
 „neam viam, exhibendi nimirum acta,
 „jam aliquoties petita, ut pro iustitia
 „Romæ negotium quamprimum defini-
 „retur: erit, ut reor, id maxime cordi
 „Eminentiae Vestrae, nec patietur apud
 „San-

Sæc. XVII. „Sanctissimum Dominum nostrum in-
 A. C. 1634 „minui eam illustrem opinionem, quam
 „hactenus habuit de sinceris obsequiis
 „ipsius.

Cum autem Archiepiscopus ad
 non factæ inhibitioni morem gereret,
 ut etiam quemdam eo sine, ut Re-
 recens electum Præpositum Canonicis
 que tueretur, in Franciam rogatum
 ablegaret, ac studiose impediret, que-
 minus Nuntii mandatum Decano
 Capitulo legitime insinuaretur, hinc
 Carafa in censurarum, quæ in Bullæ
 Cæsaræ art. 13. vibratæ sunt, commu-
 natione Archiepiscopum ad saniora re-
 ducere nitebatur: at hisce minis Ele-
 ctor nihil territus, suo proposito per-
 naciter insistit, quocirca Nuntius
 communicationis sententiam in Cano-
 nicos Archiepiscopi suffragatores
 nuntiabat, nec tamen adhuc his Ele-
 ctor a proposito dimoveri valuit, sed
 novos Canonicos prorsus ignobiles
 que incapaces Husmanno & Metten-
 nichii subrogari præcepit, imo etiam
 ut de Regis Franciæ patrocínio tutus
 esset, Richelium Cardinalem, peregrin-
 num, aversumque ab Imperio homi-
 nem, sibi in Spirensis, & Trevirensis
 Principatus Coadjutorem elegit, post-
 quam vero anno sequenti Cæsar Phi-
 lippopolin occupaverat, & Embdanas
 Comes

Comes Trevirensis urbem intercep-
 rat, Elector a Meternichiis in suo Pa-
 latio captus die vigesima sexta Martii
 in Belgium indeque Viennam abduce-
 batur, eodem ferme temporis mo-
 mento, quo Religiosos omnes, qua-
 tuor duntaxat in quovis Monasterio
 relictis, urbe expellere decreverat.

Sæc. XVII.
 A. C. 1634.

§. XCVI.

*Francisci Rothomagensis Archiepi-
 scopi controversia contra quos-
 dam suæ Diœcesis Mo-
 nachos.*

Hoc item anno gravis contentio orie-
 batur inter Franciscum Rothoma-
 gensis Archiepiscopum, & quosdam
 illius Urbis Monachos; cum enim oc-
 casione Anni Sacri præfatus Præsul
 omnes Regulares edicto ad suam Ec-
 clesiam convocaret, eisque præcipe-
 ret, ut publicis supplicationibus inter-
 essent, necnon confluentis populi con-
 fessiones in Cathedrali Ecclesia excipe-
 rent, quidam Regulares, quos Archi-
 episcopus *novos Monachos* appellat,
 sub exemptionis obtentu non compa-
 ruere, ad Sedem Apostolicam provo-
 cantes. Inde exacerbatus Præsul, Ur-
 banum VIII. Papam interpellabat, sup-
 plex, ut Judices e Franciæ Regno se-
 lige-

*Argentre
 Coll. Jud.
 t. 3. p. 239.
 Abrege
 chronol. de
 l'Hist. Eccl.
 t. 3. p. 444.*

Sæc. XVII. ligeret, qui Monachorum privilegia di- „ru
 A. C. 1634. scuterent, eisque reverentiam obli- „illi
 quumque Episcopis debitam inculce- „Be
 rent, eosque suis privilegiis, si secus fe- „n
 xint, privandos decernerent. Hæc „a
 in rem Archiepiscopus hoc anno de „Ec
 vigesima secunda Decembris Roman- „in
 has dedit literas. „the

„Adeo, venerabilis Pontifex contro- „gi
 „versiam novam inter Fratres ac filios „sol
 „tuos ortam, omnibus quidem notam „mi
 „paucis vero cognitam, autoritate do- „ar
 „mestica sed paterna discussurus, Co- „ste
 „cordiæ christianæ hostis, Angelicæ „ple
 „vitæ etiam in terris æmulus, Euty- „fec
 „chianis temporibus quietem monach- „cle
 „cam hæresi primum turbavit, n- „co
 „tamen exturbavit: retento sub Epi- „ne
 „scopatu, Sanctione Chalcedonen- „pe
 „Monachismo. Necdum plene succo- „E
 „serat, cum humanæ fragilitati fati- „sp
 „lius quidpiam machinans, licentiæ „m
 „froena laxat, quamquam mox esse „in
 „Caroli Magni non solum Monarchicæ „la
 „sed Hierarchicæ illà cura, quæ sum- „C
 „ma Regni amplificandi ac perpetuandi „ci
 „ars est, per Imperii Gallici varios „in
 „Conventus ac Episcopales Synodos „ru
 „paulatim in Cœnobiis restringenda „lo
 „Tertio tandem insultu, per Privilegia „G
 „quæ novella prioris instituti infraura- „ruera

„ruerat, gliscere cæpit, ferventissimi Sæc. XVII.
 „illius Monachi ac Doctoris melliflui A. C. 1634.

„Bernardi Zelo, qua potuit via reprimente. Utpote qui sciret, primum
 „a Brunichildis favore inventa, & in Ecclesiam duris tamen conditionibus
 „invetta, non satis quidem idoneo auctore, ut Monachi de sacro Privilegiorum deposito tam magnifice, ut
 „solent, glorientur.,

„Quæ cum ita se habeant, haud mirum si primus Cœli ascensor, &
 „arcanorum conscius, Ecclesiæ Magister Coapostolus tuus Paulus, exemplo suo ter, non tantum Corinthiis, sed nobis posteris, tertia scilicet Ecclesiæ ætate, Dominum rogandum
 „contra colaphizantis spiritus tentationes edixerit. Verum parva sunt semper rerum initia, plusque patientiam
 „Ecclesiasticam spes quam dolor urget: spe fortis tandem melioris, nihil primo visum intolerabile. Ecclesiæ redintegrata pax erat: perstabat inviolatus Episcopalis honos: nonnullus
 „Canonicæ disciplinæ splendor per faciem renascentium temporum etiam interdum recurrebat: usus Privilegiorum sobrius ac modicus vix oneris
 „loco putabatur.,

„Quæ cuncta haud inter mortuum Gregorianum temperamentum, nempe

Sæc. XVII. „pe, semper præsumendum, nihil de Epi- „m
A. C. 1634. „scopis, sine Episcopis Sedem Apolto- „ad
„licam statuere testabantur. Nunc de „fer

„mum in ea (nondum enim Beatissime „cu
„Pater, dicenda videntur tua) ter- „tu
„pora incidimus, ut nisi tu omnium „xil
„Ecclesiarum, si non solus, at unus „lit
„Episcopus, per omnes Ecclesias do- „pe
„ceas, Petri Cathedram, Episcopatum „Ci
„cum Monachatu minime confundere „cu
„id est, haud quaquam, quod a Christi „m
„oraculo prorsus est alienum, a se, que „di
„summitas Episcopatus est, deviare „fo
„periculose Religiosi viri de suis Privi- „tu
„legiis cum Apostolorum Successoribus „cle
„bus, te Apostolicè sedente solito „au
„daciùs contendit. Et quod magis „m
„dolendum est, ut in iis accidit, que „tu
„longo annorum tractatu, augeant „nu
„veterascunt, & pietatis indulgentia „di
„reverentiam cum senectute fortiantur. „ill
„vana plerumque pro veris, Simplicio- „di
„ribus (dubitatur an simplicius) ob- „in
„trudentes. „ce

„Res notior est, ut oratione nostra „ex
„indigeat, qua tecum, ut cum Parente „se
„hodie de rei eventu, audiente Mater „cu
„Ecclesia simplicissime loquimur. Cog- „va
„sulendum quippe est, an Auxiliarii „co
„qui ordines nostros turbant, sint in „ch
„nostro exercitu, sine ordine: nisi hoc „A
„ac proinde nullo, retinendi? & utrum „m

„militēs gregarii, Imperatoris mandata Sæc. XVII.
 „ad Duces, an duces ad milites de- A. C. 1634.
 „ferre ac interpretari debeant, ne de-
 „cus & ordo militiæ per incerta feran-
 „tur? nec enim imperatoriam & au-
 „xiliarem a nostris finibus arcemus mi-
 „litiam sub Romanis tuis aquilis sem-
 „per pugnantes, ubique pugnaturi.
 „Circum volitantium tuas apes culi-
 „cum est, tam absurdum illud mur-
 „mur: quorum nec tubam procul au-
 „dio, nec lanceam magnopere re-
 „formido. „

„Viderint aliter illi, qui secus de
 „tuis nostrisque rebus, quam fert Ec-
 „clesiastica Regula, per se vel per alios,
 „aut intemperanter cogitant, aut te-
 „mere judicant: ignorant Patrum Sta-
 „tuta, & Ecclesiæ Majestatem sper-
 „nunt, qui in hujuscemodi suspiciones
 „dilabuntur temerarias: Oscitantibus
 „illis similes, qui grandi labore con-
 „dere incogitantiam suam putant, si
 „singultiente aliquo sono ac non sin-
 „cero, sed fictolevi Crucis signo, velut
 „extatici austeris spectatoribus illu-
 „serint. „

„Sed quis relictus est ambigendi lo-
 „cus mæ in Apostolica indulta obser-
 „vantia? cum & Regni christianissimi
 „columnam, & Romanæ Ecclesiæ an-
 „choram amplexus, inundante inau-
 „dito

Sæc. XVII. „dito Monastici cujusdam mormi
 A. C. 1634. „repentino diluvio, Sapientissimo

„Eminentissimo Cardinali Duci Richelieu,
 „lio, qui ea de re ad meliteras publicas
 „ac perhonorifice dederat, rescripsit:
 „rim: nihil me contra concessiones
 „Apostolicas, nihil adversus Monasticas
 „Privilegia, quorum semper equus
 „mus defensor extiti, moliri, singulis
 „amare, in neminem grassari, unquam
 „clesiasticæ paci incumbere, quæ in
 „reformatione abusuum stare nequeat,
 „a qua tumultuantium Rothomagensium
 „inconsulto Monachorum (quamquam
 „alias mihi devinctissimorum) impetu
 „& agmine, etiam inter furentes
 „reticos tranquillus Ecclesiæ nostræ
 „status turpiter dejectus erat.

„Addebam, id unum visum, delictis
 „tissimis his temporibus satagere, quæ
 „exemplo suo proxime docuerat, concessiones
 „Privilegia Regia, quibus jejuna plebs
 „succumbebat, Regali edicto recensere
 „ret. Ceterum Ambrosianum etiam
 „proindeque Archiepiscopali munere
 „haud indignum, Regni prudenti
 „caute ac salubriter in Ecclesia uti.

„Quibus dictis conclusio contenta
 „apposita fuit; censere me, e re non
 „esse, ut Privilegia facta tecta ferretur,
 „tur, autoritate Ecclesiastica ac Regia
 „gia recenserentur: quocumque

Sæc. XVII.
A. C. 1634.

„ufus illorum fit, facultas penes Mo-
 „nachos, reverentiæ & obedientiæ de-
 „bitus honos ac potestas penes Epifco-
 „pos maneat: ne quid videlicet Ec-
 „clefiastica Respublica detrimenti ca-
 „piat: vel Lutherano fimili, monasti-
 „co aliquo schismate irrevocabilitatem
 „Privilegiorum jamjam velut in pro-
 „cinctu, minitante; vel feperatis ab
 „Epifcoporum Principe Epifcopis, quod
 „unum Monachi specie fuæ privilegia-
 „tæ pietatis intentare creduntur, five
 „a Sanctitate veſtra ignominioſe de-
 „preſſis, five ab unitate iracunde de-
 „ficiantibus.

„Cecinit nuper quidam verus eo-
 „rum Propheta, quod Sanctitatem tuam
 „Pſalmographi Pindari Sanctiſſime æ-
 „mulam haud latere expedit:

*Obſequium ut tollant, uni ſeſe red-
 dere fingunt,*

*Quem procul a noſtris Itala regna
 tenent.*

„Sed ne forſan videar, velle apud
 „ſummum Religionis augurem vanas
 „divinationes texere, aut in ſpeciem
 „quidem Privilegiis ab Apoſtolica Sede
 „manantibus favere, reiſa vero offi-
 „cere, quod factioſi impune obmurmu-
 „rant, hac ætate, qua, quod libet, licet,
 „rei ſeriem apud te ſupremum Judicem

Yy 2

„ex-

Sæc. XVII. „exponam, ut ab ipsa veritate dilige
 A. C. 1634. „tis, quas maledici offundunt nebulis
 „perspicue ac breviter manifestum
 „excusabilis abusus crimen sola
 „narratione cognoscas, expendas,
 „dices.,

„Paucis hinc mensibus, Petri ob
 „vis ad Ecclesiasticæ pacis tranqui
 „tatem obtinendam cœlestes thesauri
 „aperuerat: in persona Christi, Pa
 „in morem, prout Ecclesiæ necessitas
 „requirebat, toti orbi Christiano
 „dulseras. Per Internuntios tuos
 „chiepiscopis mandata suas in Provin
 „cias missuris, ea Apostolica dispo
 „satio tuo nomine credita est.,

„Mihi, ut in mei parte muner
 „fors ista obtigit, pro celebranda
 „dulgencia ac simul Pace post bellum
 „nostros Monachales tumultus, quo
 „rum initio non sine dolore memi
 „Clerum universum convoco, mecum
 „quod Spiritus prædicit Ecclesiis,
 „domo Dei cum consensu, ut sper
 „bam, ambulaturum.,

„Moneo, ut sit unio cordium,
 „unitas templi, ad id muneris rite per
 „agendi, Matrix Ecclesia, Basilica
 „thomagensis, opportune eligitur. Hoc
 „Canonicus Ordo (quem non minus
 „Ecclesiastici, quam græci sermo
 „ignari, æque perverse ac invidiosè
 „

„Regularem, sed Sæcularem appellant) Sæc. XVII.
 „inde Monasticus post Parochos rela- A.C. 1634.
 „xandis vincis, Archiepiscopo per
 „varia conscientiaë tribunalia assessu-
 „rus erat.,

„Plaudit populus; gratulantur boni,
 „cuncti obedienter omnia se facturos
 „spondent. Ejus rei causa supplica-
 „tio per urbem habita, atque adora-
 „tus Deus, ut bene ac feliciter eveni-
 „ret, quod pro conciliandis animis Ar-
 „chiepiscopus jussisset. Consentienti-
 „bus votis, unus grex, unus pastor
 „vilitur, confusis hæreticis atque schis-
 „maticis, seu publicis, seu latentibus,
 „ac domesticis.,

„Eo Hierarchico ordine, majorem
 „Ecclesie ambonem more majorum
 „conscendi; sermonem ad Clerum, Po-
 „pulumque habui, data pace: Mona-
 „chi dixerunt pax, & tamen ut Pro-
 „pheta addit, reique eventus proba-
 „vit, non erat pax.,

„Postero die, populus, qui pridie
 „ad centum hominum millia supplica-
 „turus processerat, magna frequentia
 „redit, ad Sacerdotum Domini genua
 „provolutus: absunt Monachi, per in-
 „sequentes dies, delicta sua confiten-
 „tium numerus augetur; duo ac vi-
 „ginti millia uno matutino tempo-
 „re concurrunt.,

Y y 3

Ju-

Sæc. XVII.

A. C. 1634.

„Juantibus paucis, fervor populi
 „languere cœpit; ad Archiepiscopum
 „monitores mittuntur, qui rogarentur
 „vellet, juberet confestim ad se copiam
 „Confessariorum mitti, sua peccata
 „sua vota excepturos: sese pro Majest
 „tate Sedis Apostolicæ, pro salute Re
 „gni, pro unitate Ecclesiæ, pro no
 „nium Ordinum concordia devoventes,
 „Continuo ad Monasteria varias
 „gationes decerno; rem omnem ex
 „posituros testes fideles adjicio; ex
 „gulis Cœnobiis, binos duntaxat re
 „quiro, qui Ecclesiastica necessitate re
 „gente adsint, liberis relictis ad munus
 „sua obeunda ceteris, qui domi man
 „rent. Accurrentibus undique ac con
 „fluentibus Dei adjutoribus innumera
 „etiam antiquis exemptis, soli non
 „Monachi, quos hæc tangit expositulatio
 „exceptis antiquioribus Carmelitis (quos
 „ut Privilegiorum authores Christi pro
 „videntia nobis ultro præter spem re
 „conciliaverat) omne prorsus aux
 „lium denegant. „

„Senatores ac Optimates cum Ple
 „be mirari, conqueri, variis scanda
 „lis moveri, non tamen murmurare
 „ut Monachi sperabant, aut desperare
 „posse Matrem Ecclesiam sine protervo
 „rum filiorum ope multitudini succu
 „rere, quod Deo dante cum omnium
 „fili

Sæc. XVII.

A. C. 1634.

„fidelium ædificatione salubriter a nobis tandem præstitum est. „

„Vix per compita ac plateas, vaticinantis Spiritus notum istud Canticum non audiebatur: filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Adeo putidum est, contra propria instituta niti, & cum non agas, quod debeas, agere contra quod agas. Privilegiati se, Ordinarii cum non sint, subsidiarios jactitant, reique publicæ Christianæ devotos: si juvari nolis, clamant; si velis, reclamant. Scilicet hoc est militare, rebellare; & obedire, non parere: & ni caveris, adjutores Desertores militiæ dici. „

„Proh tuam fidem, æquissime Princeps Quiritium! licebit, te sospite, vivo ac vidente, & regnante, novis novitiis vetera vetusta convellere, omnia fusque deque vertere; nec Deum, ut foederum testem sic dignitatum vindicem timere, nec homines culpæ arbitros, pacis infideliter ruptæ offores revereri? invito Domino colonus, messor tacente agricola, sine olitore frondator, racemator sine vinitore, remex sine nauta, sine duce miles, sine Imperatore frumentator, impune opus aggredietur, aut deseret?

„Ignosce, Beatissime Pater, iterum his quæso, quos accuso, aut si nostri „Epi-

Y y 4

Sæc. XVII. „Episcopatus dignitas non patitur, quæ
 A. C. 1634. „sua facta temeraria accusant, ignoscere

„sat torquentur, cum agnoveris, nihil
 „plus formidant, quam si cognoveris.

„Parum est, quod in nostro agunt
 „non nostri: minus est, quamquam

„eos conduxerimus, tota die in for
 „otiosos stare, aut aliud agere, ut

„gente Jubilæo: minimum, intentio
 „litem ac provocare, cum partem ad

„gnamus quam appetunt, sive cum
 „pena largimur, quæ petunt, aut

„petere quasi ex urbanitate dicunt
 „male intellecta una illa sua Monachi

„rubrica: petita venia, non obtenta
 „Et si minimo quid minus; multo

„adhuc minus, cum de rebus spirita
 „libus quæstio sit, suos Episcopos,

„tamen Episcopos, aut si Episcopos
 „suos in Ecclesia agnoscunt: corrupto

„Ecclesiastico Canone, non ad Eccle
 „siastica, sed ad Regia Sæculariaque

„tribunalia (quod æternum Augusti
 „nus donatistis exprobrat) perfide

„here „
 „Omnium autem pessimum ac poste

„ritati incredibile illud erit, pacis ac
 „ceptis conditionibus haud indictum

„bellum de integro resumere, atque
 „hostes esse in pace, sparsis hinc inde

„deplorandis simul ridendisque ca
 „lumnis.

„Quid

Sæc. XVII.
A. C. 1634.

„Quid autem illud, quod cum in-
 „tentus gravioribus nihilque minus co-
 „gitans longe pejori a me olim debel-
 „lato, te auspicante Richerismo, no-
 „væ factioni schismaticæ nascenti oc-
 „curro (Morestelli cujusdam falsam pro-
 „vera Hierarchiam in oculis Regni,
 „nostra in Normania, supponentis, nec-
 „tam stulte quam seditiose sui nominis
 „græcam originem plane referentis)
 „impetito a Monachis, velut signo da-
 „to ad avertendum hostem, clamore
 „persequentium præda mihi ferme e-
 „lapsa est, elusumque æternum Con-
 „sistorii Regii illustre illud Senatus con-
 „sultum foret, quo Sorbonæ nostræ de
 „Religione consultatio, ut in Pario ali-
 „quo marmore cælatum Indicum ebur,
 „contra quascunque ab Episcopis de-
 „sciscantes, in rei memoriam, novo
 „exemplo me instante inclusa est. „

„Ut vero tam absurdum opus ali-
 „qua subtilitate Monachi vel ornent,
 „vel velent; fingunt se Sedem Aposto-
 „licam appellare, specioso appellatio-
 „nis nomine litis Ecclesiæ Rothoma-
 „gensis Pastori a se apud Sæculares Ju-
 „dices intentatæ culpam prætexentes. „

„Et hæc tumultuatio duce quodam
 „Baudrio, qui sancti Dominici vestem
 „variis artibus conatus deponere, at-
 „que a me beneficio aliquo Ecclesiastico

Y y 5

„NON

Sæc. XVII. „non adjectus, eoque nomine, ut ho-
 A. C. 1634. „die fit, læsus, toties vestem, caussam,

„litem animo induit, quoties exiit,

„Inde iræ, Pater Sanctissime, cum-

„que percutere Pastorem, ac disper-

„gere oves nequirent, me rogante, in-

„tercedente, spiritualia vindicante,

„Regis æquitate, ac pietate decernente,

„appellantium speciem ad Apostolica

„limina reportant, nihil non agentes,

„ut hæc nova caussa æque facillima

„atque gravissima, stet in limine, non

„ad te ingrediatur, quem nec Episco-

„pum vellent, nec judicem.

Si judicas, cognosce; si regnas, iudica

Franciscus Rothomagensis Archie-

episcopus, Normanix Primas, pacifice scripsi,

subscripsi, Domino Nostro

Papæ, meo ac Ecclesix meæ nomine,

per Apostolicum suum Nuntium, ad

præveniendum schisma, obtuli, anno

Pontificatus sui duodecimo, Pacis Christianæ

millesimo sexcentesimo trigesimo

„mo quarto, die vigesima secunda mensis

„sis Decembris, Gallioni in arce nostra

Priusquam vero Archiepiscopo

Pontificis responsum præstolaretur, ve-

lidos suæ caussæ Patronos sibi con-

liare nitebatur, atque inter ceteros

Francisco Barberino Papæ Nepoti in-

pen-

pensus sese commendabat, die duode- Sæc. XVII.
 cima Martii anno sequenti, datis ad A. C. 1634.
 eandem hisce literis: *Eminentissima pars*
hereditatis Christi, pax est, cui igitur, si
non tibi Eminentissimo, commendanda?
Hanc nostris in partibus impune turbant
incautius, ne dicam impudentius quidam
novi Monachi, qui nihil antiquum, ne no-
men quidem, nisi inviti, apud nos retinent,
cumque impendere schisma cernerem, ac Ec-
clesiæ Sedique Apostolicæ sub nomine Apo-
stolicæ Sedis specie tuendorum privilegio-
rum imminere; occurrere pro meo munere
cæpi, ne bonus vates, malus Pastor silendo
evaderem, quod mearum itaque erat par-
tium, implevi: quod superest, Apostolica-
rum est, nimirum præcipere, ut devitentur,
qui speciem quidem pietatis habent, virtu-
tem autem ejus abnegant, quos signanter
sine pace futuros Paulus vester Timotheo
suo, decurrentia contemplans tempora præ-
dixerat. Totius rei ordinem brevi diluci-
doque Commonitorio, Patri nostro, pa-
truo vero etiam tuo colendissimo Pontifici
summo exponere aggredior. Hunc libellum
supplicem meo ac Ecclesiæ meæ nomine ob-
latum, tuum est, unico pacis Zelo ac in-
tuitu dirigere, atque intus admittere, qua
semel aure audieris de pace Christi pacifi-
cum differentem Episcopum, audiat æter-
num te Christus: qui per me quamquam
indignum, tantam litem componere digna-
tur,

Sæc. XVII. tur, nec labori nec invidiæ cedentem nec gra-
 A. C. 1634. tia, a me extra iudicii aleam positum est,

quicquid a Prima Sede concessum est; ut
 uno aspectu retenta Superioritatis Majestas,
 Et inferiorum hinc auctoritas appareat, hinc
 libertas. Solis novandi cupidis mea spe-
 spectâ industria esse potest: qui Romanam
 antiquitatem ac unitatem salvam velit, a
 duces, me præconem sequatur. Glorio-
 sius est, pietatique Apostolicæ proximè,
 ingruente schismate, Matris Ecclesiæ
 crimas prævenire quam sedare.

Paulopost summus Pontifex Seno-
 nensi Archiepiscopo, & Lexoviensi, at-
 que Antisiodorensi Episcopis, eorum-
 que Officialibus demandabat, ut in
 hac caussa cognoscerent, & audita Ro-
 gularium parte dijudicarent: Hanc
 rem Papa die nono Maji ad eosdem
 quens transmiserat diploma: „Vener-
 „rabiles Fratres, sive dilecti filii, Sa-
 „lutem & Apostolicam Benedictionem.
 „Ex parte dilecti filii Procuratoris Ro-
 „thomagensis, fuit nobis nuper supplica-
 „tum, quatenus causam & causas ap-
 „pellationis & appellationum pro parte
 „Regularium Rothomagensium adve-
 „sariorum exemptionem ab ordinari-
 „jurisdictione prætendentium, interpe-
 „nitæ, & interpositarum, & non con-
 „missæ; quia lapsi sunt sex menses, &

„sententiis & Decretis Venerabilis fra- Sæc. XVII.
 „tris Archiepiscopi Rothomagensis, ad A. C. 1634.
 „favorem & instantiam dicti supplican-
 „tis, pro interesse Mensæ Archiepisco-
 „palis, & contra Regulares prædictos
 „adversarios condemnatos in diversis
 „pœnis, latius in sententiis desuper la-
 „tis contentis, ad effectum ut prædi-
 „ctus Archiepiscopus executioni de-
 „mandaret Jubilæum a nobis, de anno
 „Domini millesimo sexcentesimo tri-
 „gesimo quarto, pro Christi fidelibus
 „impertitum, latis seu factis: ac nul-
 „litaris & nullitatum; ex tribus iniqui-
 „tatis & injustitiæ, necnon attentato-
 „rum & innovatorum quorumcunque,
 „ac quam & quas dictus supplicans,
 „super præmissis contra Regulares præ-
 „dictos adversarios, omnesque alios
 „sua interesse putantes habet, & mo-
 „vet, habereque & movere vult & in-
 „tendit, audientes & decidentes com-
 „mittere, aliasque & in præmissis op-
 „portune providere, de benignitate
 „Apostolica dignaremur: Nos igitur
 „eundem supplicantem a quibusvis Ex-
 „communicationis, suspensionis, & in-
 „terdicti, aliisque Ecclesiasticis senten-
 „tiis, censuris & pœnis, a jure vel ab
 „homine quavis occasione vel caussa
 „latis, si quibus quomodolibet inno-
 „datus existit, ad effectum præsentium
 „dun-

Sæc. XVII. „duntaxat consequendum, harum le- „
 A. C. 1634. „rie absolventes & absolutum fore cen- „
 „sentes, hujusmodi supplicationibus in- „
 „clinati; Fraternitati Vestræ Fratres „
 „Archiepiscopé, & Episcopi, seu de- „
 „cretioni Vestræ, filii Officiales, pe- „
 „præsentes committimus, & mande- „
 „mus, quatenus vos, vel duo aut unum „
 „vestrum, vocatis ad id, qui fuerit „
 „evocandi, causam & causas prædictas „
 „cum omnibus & singulis suis inciden- „
 „tibus, dependentiis, annexis & con- „
 „nexis, totoque negotio principali, e- „
 „tiam summarie, prout in beneficiis „
 „bus, auctoritate nostra audiatis, co- „
 „gnoscat, sine debito terminetis, & „
 „decidatis. Nos enim vobis, & cu- „
 „libet vestrum dictos Regulares adve- „
 „sarios, omnesque alios, quos opus „
 „fuerit, citandi, eisque & quibus in- „
 „hibendum erit, etiam sub Excom- „
 „municationis aliisque Ecclesiasticis „
 „sententiis, censuris, & pœnis inhi- „
 „bendi; & inobedientes in illas inci- „
 „diffe servata forma Concilii Triden- „
 „tini, declarandi, aggravandi, re-ag- „
 „gravandi, & interdicendi; auxilium „
 „que brachii sæcularis ad hoc, si opus „
 „fuerit, invocandi, ceteraque in præ- „
 „missis necessaria, & opportuna fa- „
 „ciendi, & exercendi, & exequendi „
 „plenam & liberam Apostolicam aucto- „
 „ritate

„ritate, tenore præsentium, conce- Sæc. XVII.
 „dimus facultatem: Non obstantibus A. C. 1634.
 „præmissis, ac Constitutionibus, &
 „Ordinationibus Apostolicis, ceteris-
 „que contrariis quibuscunque.,,

Tandem etiam hoc anno inveterata
 lis dirempta est inter Cardinalem Fran-
 ciscum Surdisum Burgdegalensem Ar-
 chiepiscopum, & Espernonium Ducem,
 quem præfatus Præsul ob publicam in-
 juriam sibi illatam anathemate percu-
 lerat: Defuncto hoc Cardinale spreve-
 rat Princeps sacrum hoc fulmen, at-
 tamen Ecclesiasticæ auctoritatis vindi-
 cem Ludovici Franciæ Regis dexteram
 nondum effugerat; hujus enim man-
 dato aula exulare, ac sese Plassacum
 ad villam suam recipere jubebatur.
 Insuper etiam Rex illum omnibus suis
 dignitatibus, muniisque exutum de-
 clarabat, usquedum diris, execratio-
 nibusque solutus esset; cum ergo pro-
 fani commodi jactura Ducem, quem
 Sacræ potestatis formido flectere haud
 poterat, ad resipiscentiam moveret,
 hoc anno Ecclesiasticæ paci restitu-
 tus est.

§. XCVII.

*Varia Urbani VIII. Papæ Consti-
 tutiones.*

Recur-

Sæc. XVII. **R**ecurrentibus ad Sedem Apostolicam
 A. C. 1634. variis Principibus, Episcopis, aliis-
 que summus Pontifex cunctis pro Pa-
 storali suæ sollicitudinis studio ac vi-
 gilia satisfacere fategit, & primo
 Bullar. Magn. Const. Urb. VIII. quidem, cum Antonius de Paula Me-
 tom. 5. Abrege chron. l. c. litemis Ordinis Magister anno prioris
 die decima nona Novembris pro repa-
 randis Sengleæ & Valettæ propugnaculis
 duodecim scutorum millia Equitibus
 imposuisset, hoc suum mandatum
 Apostolica auctoritate confirmari petiit,
 cujus precibus, edito desuper diploma-
 mate, die trigesima Januarii Pontifex
 libenter annuit, ritusque pro electione
 supremi Magistri die vigesima prima
 Octobris confirmavit. Præterea die
 tertia Februarii præcipue locorum Or-
 dinariis & Concionatoribus injunxit,
 ut tempore Adventus & quadragesimæ
 necessitates locorum Terræ sanctæ fide-
 libus commendari curarent: pariter die
 vigesima quarta Aprilis omnibus Ec-
 clesiasticis præcepit, ut Ferdinandus
 Cæsari contra fidei hostes ex suis redi-
 tibus decimas conferrent; huic decreto
 præter Papam triginta & unus ex Car-
 dinalibus tum Romæ agentibus subscri-
 scripsere. Die autem quinta Septem-
 bris innovabat Pontifex decreta jam
 antea edita circa defunctorum nondum
 Canonifatorum imagines, inscriptio-
 nes.

Sæc. XVII.
A. C. 1634.

nes, & processus. Exstat quoque hu-
jus Pontificis Constitutio, qua die de-
cima septima Novembris prohibuit, ne
in FF. Eremitarum S. Augustini defini-
toriiis duo Fratres Germani essent. Quo-
niam vero frequens ad Papam querela
deferebatur, quod quidam Episcopi
Romæ varia consilia adversus Princi-
pes molirentur, hinc Pontifex omnem
suspicionis umbram tollere intentus,
die duodecima Septembris innovatis
veteribus decretis, *de Præsulum residen-
tia in suis Diœcesibus*, præcepit, ut om-
nes Episcopi, etiam Cardinales, Ro-
mæ agentes intra unum, extra urbem
in Italia tamen intra duos, ultramon-
tani vero intra quatuor Menses a die
promulgati decreti ad suas Diœceses
revertantur, secus, suis redditibus, te-
standi jure & ad suas Ecclesias redeundi
facultate privandi essent. Denique Pon-
tifex Congregationem Canonicorum
Regularium S. Genovesæ confirmabat.
Jam anno Christi millesimo sexcente-
simo vigesimo quarto Rupifocaldius
Cardinalis, qui ibidem post Laudunen-
sem Episcopus erat, hanc Abbatiam
ad veterem Institutum normam reduxe-
rat, tam prospero successu, ut pluribus
Abbatibus eandem quoque restauratio-
nem amplectentibus, nova Congrega-
tio erigi, illiusque supremus Modera-
tor

Hist. Eccles. Tom. LIX.

Z z

tor

Sæc. XVII. tor institui potuerit. Ab eo tempore
 A. C. 1634. hæc Congregatio tanto propagata est
 incremento, ut in Galliis sexaginta septem
 Abbatias, viginti octo Prioratus, duas Præposituras,
 triaque Hospitia numeraret. Denique Pontifex Missam
 Romanam a Rubricis dissonis, vel obscuris expurgatum
 in lucem emittit præcepit.

§. XCVIII.

Nonnullæ Sacrarum Congregationum decisiones.

*Decis. S.
 Congreg.
 Episc. Rit.
 1636.*

Ex pluribus Sacrarum Congregationum
 Constitutionibus, quæ annuente Papa hoc anno prodire, potestas
 adducere lubet, ac primo quidem Carmelitis Savonen-
 sibus apud Episcoporum Congregationem querentibus
 quod illius loci Episcopus sine causa Confessarium
 Monialium Ordini subiectarum approbare distulerit, imo
 recusarit, eadem S. Congregatio die decima sexta
 Maji respondit, quod data censeatur Ordinario vicino hæc
 facultas ejusmodi Confessarium approbandi.
 Præterea Capitulum Ecclesie S. Marie de Paganica
 Aquilanae Diocesis petiit, declarari, an in exequiis
 mortuorum Celebrans in sine Missæ sumptibus
 pluviali tumbam aspergere &c. possit.

Sæc. XVII,
A. C. 1634.

et si tunc alii Presbyteri in majore dignitate constituti intersint, & an celebrans, vel Vesperas decantans, in supplicationibus, expositione SS. orationis 40. Horarum &c. gestare debeat SS. Sacramentum in supplicatione statim post Missam vel vespervas celebranda, si dignior Clericus adsit: ad hoc dubium die quinta Junii S. Rituum Congregatio respondit, omnes ejusmodi functiones pertinere ad eum, qui Vesperas decantavit, vel rem Divinam peregit. Sub idem tempus Theodorus Rubeus in Mathematicis peritissimus moverat quæstionem, qualiter Auroræ & meridiei tempus pro licita celebratione Missarum determinandum sit? die igitur decima octava Septembris jussu Urbani VIII. plena Patrum Congregatio habebatur, in qua coram Cardinale Oregio omnes deciderunt, quod, ubi non est aurora *physice*, attendatur ea *moraliter & politice*, quando scilicet ibi terminari solet hominum quies, & inchoari labor juxta probatam Regionum consuetudinem, proin in Regionibus prope Polum Septentrionalibus, ubi per semestre est perpetua Dies, & per aliud semestre est perpetua nox sc: ab uno æquinoctio ad alterum, Missæ celebratio regulanda sit secundum capacitatem Regionis, sicut

Zz 2

etiam

Sæc. XVII. etiam cessatio a celebrandis Missis re-
 A. C. 1634. gulanda sit in Meridie juxta tempus
 pro communi refectioe destinatum.

§. XCIX.

*Periculosi tumultus Puritanorum in
 Anglia.*

*Rapin Thoy-
 ras Hist.
 d' Angl.
 l. 19. tom. 8.
 Hist. Eccl.
 Jæger. l. 4
 cap. 4.*

Anno priori Carolus I. Angliæ Rex in
 Scotiam profectus erat, ut ibidem
 die vigesima quinta Junii solemniter
 pa Edini inauguraretur, quo facta
 præcipua Regis cura eo abibat, ut Ec-
 clesiæ Anglicanæ ritus in Scotiam quo-
 que inveheret, ac Puritanorum sectam
 eliminaret: Quamvis enim Henricus
 VIII. acerrimus quondam Lutheri O-
 Annæ Bolenæ illecebris excæcatus
 abjurato Pontifice se Caput Ecclesiæ
 summumque Sacrorum Præsidentem con-
 stituisse, cetera tamen Religionis Ca-
 tholicæ capita retineri voluit, licet
 postmodum a Rege in plebem diffusi-
 Romani Pontificis odio sentim, ac præ-
 cipue Regante Eduardo, Novitarum
 Magistri certatim irreperent, Angliæ
 que & Scotos potissima ex parte ma-
 modo a Papa, sed & a fide orthodoxa
 averterent: Successerat Eduardo Maria
 veræ Religionis restauratrix, post ce-
 jus obitum Elisabetha, post ce-
 Regina simul & Pontifex, ad novorum
 Evæ

Evangelistarum genium, arbitriumque Sæc. XVII.
ferme Lutheranam credendi normam A. C. 1634.

confarcinavit, quæ tamen Divinæ au-
toritatis expers humanam effrænem-
que sentiendi libertatem nequaquam
compescere valuit: igitur Jacobus I. ut
immaturum hunc partum melius effor-
maret, anno hujus sæculi decimo octa-
vo in Pertensi conciliabulo tanquam
summus Ecclesiæ Moderator omnia fi-
dei capita in volumen redegit, præce-
pitque, ut per universam Britanniam
ad suum præscriptum crederent omnes:
cum autem Puritani seu Calviniani no-
væ hujus fidei doctrinas nimium Luthe-
ranis, ritus vero Catholicis palam fa-
vere crederent, ac Genevensium Ma-
gistrorum inventiones tueri vellent,
hinc identidem graves in Regno motus
contra Episcopos, ipsosque Reges con-
citarunt, iniquissimo ferentes animo
conservatam in Anglia Episcoporum
potestatem a Regibus suffultam, non-
nullosque ritus ex ipsa Ecclesiæ Catho-
licæ consuetudine petitos; semper enim
Angli, etsi a Religione vera defecissent,
genuflexionem in Cæna, nudum inter
Sacra caput, celebrationem quorum-
dam festorum, privatum Baptismi, &
Cænæ & Crucis usum, organa, vestes
Sacras, Episcopos Ecclesiis suis præ-
positos, inferioresque Præpositos ac

Z z 3

Mini-

Sæc. XVII Ministros retinere. Hæc omnia tæ-
 A. C. 1634. quam Papatus reliquias averlabantur

Puritani, ac Jacobum I. eoquod Ec-
 clestasticorum bona Nobilibus, qui
 a tempore schismatis usurpaverant, er-
 pere tentasset, atque in Scotia Episcop-
 patum primo suo splendori, pristina
 que in Ecclesias jurisdictionem Episcop-
 pis restituisset, acriter divexabant, &
 que Regiæ ejus auctoritati, jussuque
 palam opponebant, immerito tamen
 postquam enim abrogata Pontificis po-
 testate plenam auctoritatem in Sacra
 regibus suis asseruerant, ritus Sacra-
 præscribenti, vel eos immutanti ob-
 temperare debuissent: Nunquam vero
 apertius Puritani tumultuari cæperant
 nisi postquam Carolus I. Rex habitus
 Edini Senatu hæc duo statuta in via
 legis acceptari petiit. I. Regis esse
 Ecclesiasticorum vestes, prout ei bene-
 visum fuerit, præscribere; antehac e-
 nim hi nulla publica distinguebantur
 nota. II. Regem omnia statuta circa
 libertates veræ Ecclesiæ & Religionis
 nunc in hoc Regno acceptatæ rata ha-
 bere: Facta utriusque hujus legis pro-
 positione Puritani Proceres acriter re-
 clamabant, haud ignari, quod Rex
 prima lege *superpelliceum* invehere, &
 verbo *nunc* statutum de potestate & ju-
 risdictione Episcoporum firmare inten-
 deret.

Sæc. XVII.
A.C. 1634.

deret: Fervente igitur opponentium contentione Rex nonnihil commotior dixit, *nosco omnes, qui mihi obtemperare & resistere parati sunt, nolo cavillationes vestras, sed diserte edicite, ita vel non.* Ad hæc Puritani haud cunctanter responderunt: *non, nihilominus prævalente suffragantium numero utrumque hoc statutum in vim legis transit: Inde vero Presbyteriani ad nova incitabantur molimina, utque populi multitudine prævalerent, palam in vulgus sparsere, quod Rex, Regii Ministri, Senatus, Episcopi, & præcipue recens electus Archiepiscopus Cantuariensis Guilielmus Laudus Romanam Religionem in Angliam, Scotiamque reducere machinarentur: Sudes etiam erat in eorum oculis Regina Religioni Catholicæ addictissima, quæ anni prioris die vigesima quarta Octobris Filium nomine Jacobum II. enixa, ritu Catholico eundem Baptizari, ac præsentibus Capuccinis Hymnum Ambrosianum ab Aulæ Musicis in suo Sacello decantari jusserat: inde aucta in Patrem, Matrem, Filiumque aversio, ac postliminio restaurandæ Catholicæ fidei suspicio, & quod plus est, cruentum oppido bellum universæ Britannicæ funestum est ortum, ad quod Puritanorum pervicacia*

Sæc. XVII. cia Catholicæ Religionis odio incensa
A. C. 1634. classicum canebat.

§. C.

Varii Ritus Ecclesiastici Scotis a Rege præscripti.

*Jäger. l. c.
Calmet Hist.
Univ. l. 152.
Rusworth
Vol. II.
p. 205. &
207.*

Interim Carolus Rex suæ auctoritatis tenax, Puritanos Pastores vigili oculo observari, eosque ab Ecclesiæ Anglicanæ Regimine excludi curabat: noverat enim, hanc esse gentem, quæ ex sectæ suæ principiis ad impugnandam omnem profanam, & Ecclesiasticam auctoritatem semper prompta esset: Præprimis ergo Rege concilio Vincomiensis Episcopus omnes æditum imposita juramenti religione adstrinxit ut loci Episcopo denuntient, an Pastores Cænæ mensam ita collocatam teneant, ut hi a cunctis adstantibus percipi valeant? an pro Rege, Archiepiscopus & Episcopis publicas preces fundant? utrum genuflexi & superpelliceo vestitu Sacramentum recipiant, & non nisi genua flectentibus administrent? an adhibito Crucis signo infantes Baptizent? an omissis denuntiationibus matrimoniiis assistant? an Rogationum tempore solitas supplicationes habeant, &c. Præterea Rex festa dedicationum Ecclesiarum observari, honestosque ludos

in diebus festis permitti voluit, injun- **Sæc. XVII.**
 xitque Dunelmensi Episcopo, ut in Re- **A. C. 1634.**
 gio Edinensi Sacello bis in die juxta
 Liturgiam Anglicanam preces funde-
 ret, genuflexus prima cujuslibet Men-
 sis Dominica Cœnam distribueret, su-
 perpellicio indutus omnibus Domini-
 cis & festis rem Divinam perageret, ac
 concionaretur, omnesque Regii Mi-
 nistri semel in anno genuflexi Cœnam
 fumerent. Sub idem tempus Londi-
 nensis Decanus, & Capitulum ad S.
 Paulum Cœnæ Mensam, quæ in Ec-
 clesia ad S. Georgium prius in medio
 chori erat, ad parietem in formam Al-
 taris collocarunt: inde vero ingens
 Scotorum murmur, Rex vero hanc
 immutationem ratam habuit; repu-
 gnantibus autem Puritanis Pastoribus,
 eorum quamplurimi tanquam Regio
 mandato rebelles plecebantur. Insu-
 per Laudus Archiepiscopus cunctis Cal-
 viniistis ex Francia, Belgio &c. olim
 in Angliam profugis, eorumque Pasto-
 ribus injunxit, ut non in privatis cœ-
 tibus, sed propriis Parochiis conveni-
 rent, ibidemque Anglicana uterentur
 liturgia: obtrepebant rursus hi Pasto-
 culi, Regii etiam mandati impatien-
 tes, utque vindictam, quam nondum
 armis poterant, saltem calamo exere-
 rent, plures libellos in vulgus spar-
 sere,

Sæc. XVII. fere, in quibus Regi, ac præcipue A. C. 1634. chiepiscopo, omnes hæc innovationes in Papismi favorem introduci, exprobrabant, nihilque ad augendam suam factionem validius existimabant, quam si credulorum animis ingererent, quod Angliæ Episcopi reformationem Calvinianam tam caro pretio emptam suppressere, & Papismum revocari unice intenti essent. Eo ex fine spergebant, quod in Laudi Diario ad annum hujus sæculi trigesimum tertium fuerit annotatum, sibi Purpuram Romanam fuisse promissam, dummodo Religionem Catholicam revocari iungeret. Alii ægerrime ferebant, quod Georgius Panzanius, & postea Georgius Coneus natione Scotus a Papa Londinum missi, mox ad ipsum Regem accessum habuerint, atque Cardinalis Barberinus Anglorum, Scotorumque Protector renuntiatus fuerit. Quinimo nequidem ferre poterant, quod Montacutium Cicethensem Episcopum Romæ Papa honorifice excepisset. Non deerant, qui Oxoniensem, & Cantabrigensem Academiæ Papistica & Arminiana peste infectas venenum in universum Regem diffudisse vociferarentur, non alio ex capite, nisi quod Regi suo in re adhucdum adiphora morem gessissent. En! humanæ Religionis

portenta, mentisque ac præconceptæ Sæc. XVII.
opinionis monstra. A. C. 1634.

§. CI.

*Pax inter Lutheranos & Calvinistas
incassum tentata.*

Nunquam Lutherani ardentius fidei unitatem, vel ut ajunt, fraternitatem aut saltem mutuam tolerantiam exoptabant, quam cum Cæsarem, ceterosque Principes Catholicos hoc tempore summis viribus eo intentos cernerent, ut fidem Apostolico-Romanam in Germaniam, omnesque Imperii Status, unde Protestantium armis expulsa erat, revocarent: Tum enim ad opprimendos Catholicos nil magis necessarium fore censebant Lutherani, quam ut non modo consilia & arma, sed potissimum Religionem, cujus dissimilitudo animorum odia generat, cum Calvinistis sociarent. Enimvero non paucos non modo operis difficultas, sed propriæ etiam detegendæ ignominie formido absterrebat; probe enim prospexerant, quod vel, non sine summo dedecore, fateri cogerentur, se nescire, quinam sint fundamentales fidei suæ articuli: vel quod cum præjudicio articulorum fundamentalium, seu veritatis Divinæ cum adversariis suis transi-

Sæc. XVII. transfigere deberent: nec difficultatem

A. C. 1634. submovebant axiomata illorum, quæ

tanquam conciliandæ pacis fundamentum posuere non modo mutuam tolerantiam, sed etiam quod quivis in quavis Religione salutem æternam consequi valeret, neque Lutherani a Calvinistis in fidei fundamentis dissiderent: si enim tam Lutherani quam Calvinistæ Præcones identidem ex pulpitis suis clamant: Ecce! hic, non illic esse Christum, & ex Divina admonitione sine dispendio æternæ salutis cum heterodoxis quoad fidem & cultum non esse conversandum &c. si etiam Calviniani absolutæ gratiæ defensores acerrimi Lutheranos & Arminianos gratiæ universalis vindices damnant, hosque fundamentum fidei convellere propugnant, eosque, ne inde confusio in Ecclesia oritur, nequidem ut fratres tolerant, quæ ratione unio sperari poterit, nisi una pars a fidei suæ articulis discedat, vel hos fuisse fidei articulos neget? Unde haud mirum, quod non modo Pareus Lipsiensis, Carentonienses, pluresque alii in hujus concordiæ negotio semper consueto, id est, nullo successu laborarint. Nondum tamen spem abiecerat Joannes Duræus, natione Scottus, secta Calvinianus, qui hoc item anno Lipsiensis colloquii successu de-

*Vid. Synod. Dor-
drac. &
Collat. Hag.*

*Vid. Supra
l. 198. §. 3.
pag. 379.*

ceptus, aliquot Gallorum Prædicantium, & Mortoni, Davenantii, & Halli Anglorum Præfulum sententias de pacis rationibus inter Protestantes usurpandis, pluresque alios libros de hoc argumento edidit, hocque anno Francofordiam ad Congregatos ibi Ordines profectus, sua eis consilia exposuit, a quibus tamen nisi vaga verba die decima quarta Februarii in responsis retulit: Obstiterant quoque eidem ceteris vehementius Saxonicæ Prædicantes, atque inter eos præcipue Matthias Hoe Aulicus Declamator, qui etiam Calvinistarum mores & doctrinam nigro penicillo depingens, luculenter demonstrare nitebatur, Calvinistas cum Arianis, & Turcis convenire. Nec Duræo scripta plurimum Ecclesiarum judicia de concepta hac pace palam protulisse profuit, quominus eidem exprobraretur, quod tanquam privatus Præco absque vocatione hoc negotium suscipere præsumeret, priusque ac potius intestina Religionis suæque Ecclesiæ dissidia & monstra componere, quam externos conciliare studeret: Tandem vero Duræus a suis quoque desertus, omnem concordiae spem abiecit, non alio laboris sui emolumento, nisi quod Orbi manifestum reddiderit, quod tam Calvinistæ quam

Sæc. XVII.
A. C. 1634.

Sæc. XVII. quam Lutherani in hanc usque diem
A. C. 1634. quid divina fide certo credant, & cre-
 dere teneantur, ignorent: quocirca
 tam fervide omnibus tanquam primum
 unionis fundamentum inculcabat, ut
 præprimis in rebus fidei discordias tol-
 lerent, quas tamen tolli in Ecclesiis
 unquam posse dicebat, nisi prius fundamen-
 talia a non fundamentalibus, si non ex-
 acte, saltem aliquo modo, tandem eviden-
 ter distinguant.

§. CII.

*Explosa Calvinistarum jactantia de
 Ecclesiæ Græcæ consensu ob
 Cyrilli Lucaris Patri-
 archæ confessionem.*

Jæger. hist. Eodem tempore, quo Calvinistæ suam
 Eccl. l. 4. sectam Lutheranorum accessione
 cap. 8. augustinorem reddere, frustra adlabo-
 Vid. supra rabant, de illius augmento ex publica
 l. 190. §. 31. fidei Confessione a Cyrillo Lucare Pa-
 tom. 55. triarcha Constantinopolitano edita,
 l. 196. §. 87. præcoci nimis tripudio gloriabantur.
 p. 637. t. 58. Præ ceteris autem hoc anno Thomas
 Simon. de Frid. Orient. Mortonus Dunelmensis Episcopus in
 Eccl. contra sua ad Duræum epistola sat confidenter
 Trans. hæc perscripserat: „Proponamus ob oculos
 Allatius de Eccl. Occid. nostros, per Deum vos oro atque obte-
 § Orient. stor, Ecclesiam græcam, quæ jam confra-
 cons. termi-

ternitatem nostram ambire quodammodo vi-
 detur, ut apparet ex confessione fidei a Re-
 verendissimo Patre Cyrillo Patriarcha Con-
 stantinopolitano, omnium Ecclesiarum O-
 rientalium nomine nuperrime edita, quæ
 est in articulis singulis ab eo propositis &
 pervulgatis cum Protestantium confessioni-
 bus per omnia consentiens. Hanc ergo am-
 plissimam orbis christiani partem video mihi
 videor ad primum consociationis nostræ
 nuntium in amplexus nostros convolaturam
 illico.

Sæc. XVII.
 A.C. 1634.
 Regenvol.
 Hist. Eccl.
 Slav.
 p.1460. &
 471. &
 Thom.
 Schmith
 Miscell.
 p.61. & II6.
 Hotting.
 Append.
 diff. 8.

Jam sæpius memoravimus, quod
 nequissimus hic Patriarcha Calvinianam
 fidei suæ confessionem primum latine,
 postea Græce versam vulgarit, quæ
 primum Genevæ latino, iterumque
 Græco latinoque idiomate anno 1633.
 & tandem Nichusii cura in Belgio 1645.
 typis edita est. Referunt Regenvol-
 ficius & Schmithus, quod idem Cy-
 rillus ad Regionis auram volubilis,
 anno 1601. Confessionem Catholico-
 Romanam Leopoliensi Archiepiscopo
 tradiderit, postea tamen hanc sub suo
 nomine a Petro Scarga editam, proin-
 supposititiam esse declaravit. Ut ut vero
 res se habeat, omnino certum est,
 quod Cyrillus Confessionem Calvinia-
 nam Genevæ editam sparserit: Ex ea
 autem Calvinistæ, & præcipue Hot-
 tingerus perperam concludant, quod de-

Sæc. XVII. doctrina Calviniana Cyrilli ætate in
A. C. 1634. *Ecclesia Græca* fuerit recepta; in illa
 enim Confessione Cyrillus nullatenus
 communem Græcorum doctrinam, sed
 duntaxat tanquam Apostata perfidus,
 illa dogmata, quæ ex conversatione
 cum Calvinistis, eorumque libris ha-
 berat, professus est, quinimo ejus do-
 ctrina a Græcorum fide plurimum ali-
 na noscitur, prout ipsamet Ecclesia
 Græca in Synodo Constantinopolitana
 anno 1638. sub Cyrillo Bercheni, &
 in alia sub Patriarcha Parthenio anno
 1642. celebrata contra Cyrilli Confes-
 sionem profitetur. Utriusque hujus
 Synodi censura inserta habetur in
 Synodo Jerosolymitana anno 1672. ad-
 versus Calvinistas sub Dositheo Pa-
 triarcha habita, in qua Græci vehe-
 menter contra Claudium Prædicantem
 ceterosque Calvinistas queruntur, quos
 non tam ex ignorantia, quam simplices
 in fraudem inducendi studio erro-
 res suos Græcæ Ecclesiæ affingant;
 postea comprobatum reddunt, quod
 Cyrillus in suis homiliis aliam longe
 doctrinam in sua Ecclesia docuerit,
 quam in præfata confessione, hæc
 vero nemine Orientalium conscio tan-
 quam privatus homo ediderit, proci-
 nec pro publico & authentico Patriar-
 chæ Constantinopolitani instrumento.

Renaudot.
Præfat. ad
Gennad.
opus.

Melet. Pig.
epist.

nec pro Patriarchali scripto, minus Sæc. XVII.
 vero totius Ecclesiæ Orientalis monu- A. C. 1634.
 mento venditari queat, eoquod neque
 a Clerico quodam in Codices Majoris
 Ecclesiæ transcripta, neque ab aliis
 Episcopis, Clericisque subscripta fue-
 rit: Orientalis quoque Ecclesia nun-
 quam a Cyrillo scriptam crediderit. Ce-
 terum non desunt, qui existiment,
 quod Calvinistæ a Cyrillo hanc fidei
 confessionem precibus, promissis & pe-
 cuniis emendicarint, ut de Ecclesiæ
 Græcæ consensu felicius, quam olim
 Lutherani, gloriari possent: Majus ta-
 men emolumentum Angli ex Cyrilli
 furto, quam Calvinistæ ex ipsius Con-
 fessione hauserunt; cum enim Cyrillus
 relicta Alexandrina Sede magnam ex
 Ægypto librorum suppellectilem secum
 Constantinopolin auferret, inter alios
 etiam libros erat vetustissimus Codex
 Biblicus Theclæ Ægyptiacæ (ut dici-
 tur) exarratus, unacum Clementis
 Romani Pontificis epistola ad Corin-
 thios, hunc vero Codicem Cyrillus per
 Thomam Roe Anglicum in Turcia Ora-
 torem ad Carolum I. Angliæ Regem
 dono transmisit; postea autem Patri-
 tius Young Anglus ex eodem hoc Co-
 dice epistolam I. Clementis ad Corin-
 thios edidit.

Hist. Eccles. Tom. LIX. Aaa. §. CIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1634.

§. CIII.

*Urbanus Grandierus vivus ob Magiæ
suspicionem combustus.*

*Mercur.
Franc. t. 20.
pag. 748.
Vassor de
Louis XIII.
lib. 8.
Hist. des
Diabl. du
London
Arbege
chronol. t. 3.*

Jam anno hujus sæculi trigesimo secundo Julioduni in Galliis quædam Religiosæ Virgines, quas Ursulinas vocant, a dæmonibus obsessæ, variisque maleficiis infectæ dicebantur: In criminis suspicionem vocabatur Urbanus Grandier Parochus in Juliodunensi Ecclesia ad S. Petrum, Vir, quo præstantior ingenio, eo minus Religione vovens: erat quoque de incontinenti Magicisque artibus suspectus: Enimvero illa adhuc ætate hominum credulitatem sæpius dementabant jactatæ dæmonum possessiones, existimata sortilegia, & magiæ, quæ superstitio ceteris magis antiqua, magisque universalis a nonnullis vix non in Religionis partem vertebatur, ab aliis vero impacta Magiæ calumnia tanquam securum in hostes suos vindictam exerrentium medium adhibebatur: Utut sit, Energumenos, Magos, & veneficos possidari, Evangelium, ac primitivæ Ecclesiæ Sæcula tot exempla nobis suppeditant, ut id negare haud præsumamus. Nunc vero ad Juliodunenses Energumenos revertamur. Accersentur

tur varii Ecclesiastici, qui ex earum Sæc. XVII.
 corporibus dæmones exturbarent, non A. C. 1634.
 deerant ex illis, qui has Virgines vere

malesicio infectas, atque a maligno
 hoste vexatas crederent, alii econtra
 illas non nisi misere deceptas dicebant;
 quippe dæmones ab exorcistis interro-
 gati barbaram oppido latinam pro-
 ferre credebantur, quinimo ipsum Beel-
 zebub latini sermonis ignorantiam per
 juvenilem ætatem suam excusasse, a-
 lium vero, dæmones quosdam ipsis
 rusticis rudiores esse, factum referebant:
 Hæc prorsus ridicula, si tamen vera,
 latentis fraudis suspicionem ingerere
 potuissent; nihilominus Surdisio Bur-
 degalensi Archiepiscopo injunctum, ut
 in hanc causam exactius inquireret,
 hic vero in incerto hærens, rem ad
 Richelium Cardinalem devolvit, qui
 Lodardemontio ex Senatoribus præci-
 puo negotium dedit, ut in rei verita-
 tem unacum aliis duodecim Deputatis
 sedulo indagaret: cum ergo dæmones,
 seu Moniales seductæ sæpius edicerent,
 magicis Grandieri artibus eas vexari,
 hinc judicium sententia, Mense De-
 cembri anni prioris Grandierus carceri
 dabatur, perlustratis postea cubiculi
 sui angulis libellus ab ipso contra cæ-
 libatum conscriptus, necnon varii cha-
 racteres, scripta & instrumenta ma-
 gica

A a a 2

Sæc. XVII. gica reperiabantur: demum vero ipse
 A. C. 1634. met Lodardemontius habita plena causæ
 cognitione ad Cardinalem Richelium Parisios contendit, ubi perlectis
 discussisque omnibus, quæ propoſuerat, hoc anno die octava Julii decimum
 in Grandierum utpote Magiæ reum ac Vexationum Monialibus inflictarum
 Auctorem capitali iudicio esse animadvertendum: Igitur causa rursus a præfatis
 Iudicibus recognita, die decima octava Augusti Grandierus communi
 omnium Iudicum sententia damnatus est, ut vivus unacum instrumentis suis
 magicis, præfatoque libello comburetur, cineresque per aerem spargentur. Percepta huius sententiæ severitate
 Grandierus Minoritarum Guardianum Sorbonæ Doctorem sibi in Confessarium expetebat, ast repulsam passus,
 Franciscanum, quem sibi infensum credebat, admittere noluit, & ne quidem expiata noxarum conscientia
 pertinax rogum conscendit, cumque animam agere inciperet, insolite magnitudinis vespa miseri huius caput
 circumvolitare visa est, an fortuito casu, vel infausti exitus indicio factum quis decidat? cuncta negare, in Philosopho
 studiosa iudicii perveritas cuncta credere in Christiano, superstitiosa animi levitas est.

Sæc. XVII.
A. C. 1634.

§. CIV.

*Principes, atque Illustres hoc anno
mortui.*

Inter Principes, qui hoc anno confue-
tum naturæ censum solverunt, præ
ceteris eminent Mechtildis Bavarix Du-
cissa, Leichtenbergæ Landgravia &
Alberti Bavari Conjux. Hæc a pient-
tissimis suis Parentibus in omni virtu-
tum genere enutrita, nonnisi in con-
tinuo orationis studio piisque sui Status
exercitiis adolevit, consenuitque: tan-
dem vero prope Salisburgum in arce
Lauffensi, quo ob grassantem in Bava-
ria pestilentiam cum suo Marito confu-
gerat, placidissima morte in pater-
no Divinæ bonitatis sinu conquievit,
Oettingæ in Sacello B. Virginis sepulta.
Exeunte etiam hoc anno Poloniæ Re-
gnum luxerat duos Filios Regios, quo-
rum primus erat Joannes Albertus,
Cardinalis & Episcopus Cracoviensis,
qui ætate juvenis, virtutum tamen me-
ritis senex die vigesima nona Decem-
bris Cracoviæ mortem integerrimæ vi-
tæ consonam obiit. Alter erat Ale-
xander nonnisi viginti & unum annos
natus, optimæ spei Princeps, cui vix
ex Italia reverso mors literariæ suæ ex-
peditionis fructum invadebat. Insuper

A a a 3

ex

Sæc. XVII. ex Protestantibus, Otto Ludovicus
 A. C. 1634.

Rhingravius seu Rheni Comes post ve-
 rias clades Catholicis inflictas decessit
 parique fato Joannes Fridericus Ho-
 fatiæ Dux, atque Bremensis Plebanus
 Archiepiscopus, necnon Fridericus
 ricus Dux Brunsvicensis, nulla reli-
 prole vivis, bonisque suis valedixere

§. CV.

*Lucæ Virilis, & Gregorii
 Cardinalium obitus.*

*Ciccon. in
 vita Ur-
 ban. VIII.*

Præter Albertum Polonum, cuius
 pra meminimus, hoc anno Purpu-
 ram cum vita exuere duo alii, quorum
 primus erat Lucas Antonius Virilis
 patria Romanus, qui jurisprudentiæ
 laurea donatus, Romæ fori litigiorum
 actorem non sine maxima nominis
 laude egit: postea tamen Sacris in-
 titus, totum sese Ecclesiæ obsequiis ma-
 cipavit, unde a Paulo V. Camera-
 ditor, a Gregorio XV. Cubicularius
 ab Urbano VIII. libellorum supplicum
 Signaturæ Justitiæ, & Ducatus Urbis
 Præfectus, ac demum Cardinalis
 nuntiabatur. Vir tanta fortuna dig-
 simus, haud diu tamen Purpuræ ho-
 noribus fruebatur; paucis enim me-
 mensibus in tabem incidens, ac in
 tegro triennio cum morbo ac leni

morte luctans, ea die, quam vitæ suæ Sæc. XVII.
 postremam præsenferat, rem Divinam A. C. 1634.
 peregit, qua absoluta omnes suos fa-

mulos convocavit, habitaque luculenta oratione ab eis impatientiæ suæ veniam rogans, iisdem, necnon unico fratri suo facultates, bonaque, sua manu distribuit, atque inter suorum lacrimas spiritum Deo quarta Junii die reddidit, anno ætatis suæ sexagesimo quinto. Alter erat Gregorius Narus Patritius Romanus, qui cum Luca communem Purpuræ obtentæ, & mortis annum & pene Mensem habuit. Hic Perusium profectus, ad legales disciplinas animum intendit, ac Doctorum honoribus insignitus, Perusini Episcopi Vicarius Generalis nominabatur. Paulopost Romam reversus, atque a Paulo V. maximi habitus, demum ab Urbano VIII. Purpuram, præcipuas dignitates & munia, non tam fortuna, quam virtutum meritis obstetricantibus, obtinuit; emicabat enim in illo infractus ad justitiam animus, miraque in omnes Ordines humanitas, & quod apud Romanos prodigii loco habendum, nunquam in omnibus, quos gessit Magistratibus ullæ adversum eum auditæ querelæ, nec ulli malevolorum motus contra eum exorti fuere: Præficiēbatur tandem Reatinæ Ecclesiæ, cujus regendæ, dum

A a a 4

felix

Sæc. XVII. felix capit exordium, vitæ suæ exitum
 A. C. 1634. incepit, defunctus ibidem die septima
 Augusti anno ætatis suæ quinquagesimo
 tertio.

§. CVI.

Quidam Scriptores Catholici hoc anno denati.

*Dupin Nou-
 vell. Bibl.
 t. 17. p. 132.
 Alegambe
 Bibl. Script.
 S. J.
 Miræus
 Script. Sæ-
 cul. XVII.*

His accensere lubet varios Religio-
 Catholicos Scriptores, qui loco-
 brationibus suis in literarii Orbis me-
 moria adhucdum vigent, hoc æ-
 tem anno vivis valedixere. Hos inter
 eminet Joannes Lorinus S. J. Aveni-
 nensis, qui in libros Levit: Num. Deu-
 teron. Ecclesiast. Sapientiæ, in Psal-
 mos, Acta Apostolorum & Epistolæ
 Canonicas doctissimos conscripsit com-
 mentarios, in quibus Hebraica & Gre-
 ca nomina exacte explicat, atque in
 varias quæstiones Historiæ, dogmatum
 & disciplinæ excurrit: obiit die
 vigesima sexta Martii, annos natus se-
 ptuaginta quinque. II. Matthæus Ra-
 derus ex eadem Societate, patria Ty-
 rolenfis, qui edidit chronicon Alexan-
 drinum, acta Concilii VIII. Generalis
 Bavarum Sanctam, & piam, necnon
 opera S. Joannis Climaci, præter ple-
 ra alia, aut latine reddita, aut notis
 illustrata: obiit die vigesima secunda
 Decem-

Decembris anno ætatis septuagesimo Sæc. XVII.
 quarto. III. Arthurus Pitfius Anglus, A. C. 1634.
 qui Duaci ejurato Calvino fidem Catho-
 licam amplexatus, cum in Angliam
 reverteretur, captus in Normaniam
 abducebatur, tandem vero Duacum re-
 dux Caroli Lotharingii Cardinalis Can-
 cellarius, renuntiabatur: Scripsit com-
 mentaria in quatuor Evangelia & Acta
 Apostolorum. IV. Eduardus Weston
 ibidem Anglus, qui Duaci Theologiæ
 Professor, ac demum Brugenfis Cano-
 nicus edidit Sanctuarium Juris Ponti-
 ficii, Institutiones de triplici hominis
 officio, Theatrum vitæ Sacræ & civili-
 lis, librum de Christiana veritate, nec-
 non coruscationes Jesu Christi præter
 nonnulla alia opuscula Ascetica. V.
 Florentinus Van de Haer Nobilis Lo-
 vanienfis & Canonicus; scripsit duos
 libros de turbis Belgicis, arcana anti-
 quitatum Liturgicarum, & librum de
 Castellanea Insulensi: obiit sexta Fe-
 bruarii anno ætatis suæ octogesimo se-
 ptimo. VI. Ludovicus Tribaldus de
 Toledo Hispanus Philippi IV. Regis Hi-
 storiographus posteris reliquit Histo-
 riam Regni Chilensis in Peruana Re-
 gione, Salomonis velificationem ad
 Tarsis & Ophir, quod tamen opus
 morte præventus non absolvit, nec

Sæc. XVII. non Ibericam Epænesin, Emblemata
A. C. 1634. & alia quædam. Decessit Madridi de

Vid. supra
tom. 57.
l. 193. p. 177.

cima nona Octobris. VII. Balduinus
Junius Dordracenus Ord. FF. Minorum,
qui varia suppositio nominis
Constantii Peregrini evulgavit, sed
autem nomine edidit demonstrationes
fidei Orthodoxæ, Chronicon Morale
& Manuale Theologicum: scripsit
quamplurima alia, quæ in Valeriana
Andreæ Bibliotheca Belgii fufus re-
censentur. Mortuus est Bruxellis die
duodecima Aprilis. VIII. Valerianus
Espinosa Ord. Cisterciensis Generalis
Hispanus, qui præter plurima alia
etica scripsit commentaria, & explica-
tiones in Clementis VIII. Constitutio-
nes. IX. Valerius Ximenez ex Ord.
Carmelitarum a Philippo IV. Hispaniarum
Rege Algarensis in Sardinia
Episcopus nominatus, scripsit tractatum
de oratione Dominica, commentaria
in Constitutiones Ordinis sui,
& quamplurima alia eundem Ordinem
concernentia. X. Franciscus Jodard
ex eodem Ordine, qui Philippo III.
in extremis laboranti, post acceptam
ultimam ipsius confessionem postremum
quoque pietatis officium impendit,
ejusque Filio Philippo IV. percharus
edidit votum de matrimonio

nio Walliæ Principis cum Maria In-Sæc. XVII.
 fante unacum epistola ad Jacobum I. A. C. 1634.
 Angliæ Regem, qua Hispani Regis no-
 mine excusare jussus erat, quod Prin-
 ceptis re infecta ex Hispania discederet:
 Concinavit quoque Indicem librorum
 prohibitorum jussu Cardinalis de San-
 doval Toletani Archiepiscopi, item di-
 scursus quinque pro Apostolatu S. Ja-
 cobi in Hispania, præter defensionem
 Patronatus S. Theresiæ in Hispania.
 XI. Nicolaus Jansenius Belga Ord. FF.
 Præd. edidit animadversiones pro Abra-
 hamo Bzovio, necnon apologeticum
 pro hisce animadversionibus contra de-
 fensorem Joannis Scoti: exstat quoque
 Antverpianis literis excusa ejusdem de-
 fensio fidei Catholicæ contra Mullerum
 Prædicantem Hamburgensem.

§. CVII.

*Quorundam Scriptorum Protestan-
 tium decessus.*

Haud magni nominis Scriptores oc-
 currunt, qui hoc anno decessere, *Freher. Theatr. Vir.*
 inter hos tamen celebriores sunt. I. *Erud.*
 Nicolaus Petræus, qui de bono origi-
 nali, Justificatione & S. Scriptura di-
 sputationes edidit, præter prodromum
 in Nahum & Habacuc pluraque alia ad
 Hebrai-

Sæc. XVII. Hebraicam Theologiam & linguam
A. C. 1634. constantia. II. Guilielmus Forbescius Eli-
 nensis Episcopus, qui considerationes
 pacificas de justificatione, purgatione,
 invocatione & Christo Mediatore pos-
 teris reliquit. III. Laurentius Andree
 Lutheranus vulgavit anatomiam ocu-
 lorum Salomonicorum, & demonstra-
 tionem, Ecclesiam Pontificiam ne-
 quam fuisse veram Ecclesiam. IV.
 Laurentius Lælius posteritati reliquit
 indicem hæresum, criterium fidei,
 Scripturam loquentem, & motiva,
 cur Evangelicus suæ Religioni immo-
 retur. V. Nicolaus Helduadenus ex-
 auctoratus Pastor scripsit Encolpionem
 Historiæ Sacræ, Calendariographiam
 Sylvam chronologicam circuli Baltici
 & Ephemerides variorum. VI. Va-
 lentinus Legdeus, insignis adulator,
 scripsit examen refutationis Smalci &
 orationem de insigni pietate Gustavi
 Adolphi Sueciæ Regis. VII. Hugo
 Nicolaus refutationem consensu Lu-
 theranorum cum Calvinistis
 elucubrabat.

